SISMANOGLIO

Zgav: Byzant:

151

SISMANOGLIO

SISMANOGLIO

500

2122

GENUINA
STEPHANI
BYZANTINI
DE
URBIBUS ET POPULIS
FRAGMENTA.

ABRAHAMUS BERKELIUS
Latinam interpretationem & animadverſiones adjecit.

ACCEDIT
HANNONIS
Carthaginenſium Regis Periplus.
Græce & Latine.

LUGDUNI IN BATAVIS
Apud DANIELEM à GAESBEECK.
CIƆ IƆƆ LXXIV.

SISMANOGLIO

VIRIS

Nobiliſſimis, Ampliſſimis, Prudentiſſimis:

D. THEODORO GOOL, J. C. Conſulatu functo, nunc Prætori ſummo.

D. RIPPERTO à GROENENDYCK, J. C. Quondam ad Concilium Nob. Potent. Deputatorum DD. Ordinum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Delegato, & maritimis rebus in Amſtelodamenſi collegio Præfecto.

D. HERMANNO VANDER MEER, J. C. Toparchæ in Hoogeveen. Nuper ad Conſeſſum eorundem Ordinum Deputato. Inclytæ Univerſitatis Lugd. Bat. Quæſtori.

D. JACOBO VANDER MAES.

D. GERARDO à GROOTVELD, J. C. nuper ad Collegium Archithalaſſicum quod eſt Amſtelodami Delegato.

URBIS

LEIDENSIS CONSULIBUS.

DYNASTIS

IN

Soeterwouda, Stompvico, Oeſtgeeſta, Leydendorpio, &c.

ILLUSTRISS.

DD. CURATORUM

Academiæ Collegis.

Ejuſdem Reipub. digniſſimis Scabinis

D. GUALTHERO à LANTSCHOT. J.C.
D. JOHANNI GOESIO de ABSMADE. J.C.
D. JOHANNI van den BERG.
D. CORNELIO PAEDTS.
D. QUIRINO van CRIMPEN.
D. JOHANNI van Banchem.
D. PETRO ab ASSENDELFT.
D. MAGNO ab AECKEREN. J.C.

UT ET

Conſultiſſimis Viris

D. PETRO BURGERSDYCIO. J.C. Syndico & Nob. DD. Curatoribus ab Actis.
D. JOHANNI à GROENENDYCK. J.C. Secretario.
D. PETRO à MAERSCHE, J.C. Graphiario.

ABRAHAMUS BERKELIUS

S. P. D.

Si ab antiquiſſima rerum memoria humaniorum literarum & bonæ mentis amantibus in

in more poſitum fuerit, Illuſtrium in republica virorum nominibus, quibus haud aliter ac amuletis adverſus obtrectantium morſus utuntur, ſuas lucubrationes inſcribere; nunquam meo judicio, Viri Spectatiſſimi, præſtantius ex antiquorum ſcriptorum reliquiis monumentum Vobis dedicaverim, quam genuina Stephani Byzantini Fragmenta, eximii operis duntaxat particulam, in quo accuratiſſima poſteritati urbium & populorum delineatio exhibebatur. Alios enim hic libellus patronos ſibi adoptare nec potuit nec debuit,

quam prudentiſſimos gubernatores Urbis, ultra Tanaïm & Mæotim, Gangem & Indum, ac ultra Hyperboreos & Atlantem notæ; quæque, ſi ætate hujus auctoris tanta rerum claritudine, quibus nunc eſt illuſtris, effulſiſſet, æque ac Lugdunum Galliæ Celticæ, ad confluentes Rhodanum & Ararem ſitum, hujus Onomaſtici geographici pars magna fuiſſet. Sed uti nihil in rerum natura ſimul natum & perfectum eſt, ita quoque civitates ſua incunabula & incrementa habent. Multum diuque luctatæ ſunt, antequam ad ſuam perve-

nirent

nirent magnitudinem, Athenæ Atticæ. Urbs æterna, Romam innuo, quadratis primo mœnibus in monte Palatino circumdata fuit, quæ præclaris auctibus ad tam excelſum gloriæ faſtigium proceſſit, ut immenſi orbis caput evaſerit, & Scipio Æmilianus cenſor, condito luſtro, ſolennem votorum formulam correxerit, neque ut Dii immortales res populi Romani meliores amplioreſque facerent, ſed uti jam ſatis amplas magnificaſque in eodem ſtatu manere paterentur, precandum cenſuerit. Verum enimvero, toto in orbe nihil eſt quod

per-

perſtet: etiam reſpublicæ fluunt, & florentiſſimæ civitates variantis fortunæ vicibus collabuntur: & ut verbis Ovidii utar,

> ---- *Omnia verti*
> *Cernimus, atque alias aſſumere robora gentes;*
> *Concidere has.* ----

Plurimæ olim viguere civitates, quæ bello & flammis deletæ, vix veteres ruinas & avorum tumulos oſtendant: Plurimæ cenſu viriſque magnæ cum mœnibus & incolis ponto devoratæ ſunt, quarum etiam nunc turrium cacumina apparent: Plurimæ terræ motu ita cecidere, ut nullum ne-

que ſtructurarum neque memoriæ veſtigium remanſerit. Ubi terrarum nunc ſeptem Athenæ, octodecim Alexandriæ, tredecim Antiochiæ, quatuor & viginti Apolloniæ, novem Arſinoæ, decem Aphrodiſiades, tres & viginti Heracleæ? Ubi nunc celeberrima & veteribus decantatiſſima Epiri Dodone cum fatidica fago, unde columbæ, uti ſuperſtitioſe credebat antiquitas, ſciſcitantibus oracula reſpondebant, & ænei lebetes ventis agitati omne punctum fecere? Enimvero non omnibus per orbem terrarum civitatibus ſimul & eo-

SISMANOGLIO

dem tempore licet eſſe tam beatis, ut rebus florentiſſimis & æqua ſorte fruantur. Hanc fortuna complectitur, illa vero in adverſis ſine ullo remedio permanens, fortunam amittit, atque ita ex alterius occaſu, alterius incrementum naſcitur. Nam rebus Morinorum, ſeculo quod præteriit & hoc noſtro, decreſcentibus, Batavorum, præcipueque Leydenſium, fortuna vices mutante, & ad illos munera ſua deferente, hunc in modum accrevere, ut urbs eorum emporium evaſerit toto orbe celeberrimum. Sed præter mercimoniarum &

artificum frequentiam, quibus per omnes terrarum populos inclareſcit civis Lugduno-Batavus, etiam Veſtris mœnibus ſapientiæ ſtudia & omnis eruditio concluditur, & quaſi domicilium fixit, quæ ad illos jam pridem apices aſſurrexit, ut cum ipſa Roma ac Athenis pene ex pari de gloria contendere poſſit. Alii de ſummis laquearibus vexilla, clypeos, aquilas, cæteraque belli inſignia ſuſpendant, alii ob res proſpere geſtas arcus triumphales ſtatuant: Academia & porticus, humanitatis officina & liberarum animarum fanum, veſtra trophæa ſunt,

ab Albano inuſitata majorum virtute reportata. Ex illa prodeunt Dei Legati, præcones cœleſtium edictorum, & conſultiſſimi Juſtineani, qui in tribunalibus & roſtris de juris nodis reſpondent: ex illa Medicorum coloniæ per totum deducuntur orbem, qui ægros re & conſilio ſublevant: ex illa proficiſcuntur Euclides, qui numerorum menſurarumque abſtruſa pandunt, geminiſque ſcalis ad ſidera & orbes cœleſtes uſque animum evehunt: in illa inter tubas & lituos, ancipiti & furente Marte, pacis inſtituuntur exercitia: in illa diſputationibus, id

id eſt, ludicris incruentæ militiæ certaminibus vacabatur, cum in Rheni littore eſſet Gallus, & noſtris cervicibus immineret. India nitidiſſimum ebur, thura Sabæi, Pactoli accolæ aurum jactentur; Græcia & Auſonia eruditos & omni ſcientiarum genere imbutos: Veſtrum Lugdunum mercimoniis manufactis, quæ ad terrarum fines exportantur, celebre eſt, nec non Stoa & Athenæo, in quibus Viri incomparabiles & eruditiſſimi, ad quos ſtudioſi tanquam ad bonarum artium nundinationem confertim ex cunctis Europæ angulis confluunt,

fluunt, ut merito dubitari poſſit, utrum ab Academia, an vero à manufactis mercibus, apud gentes alio ſub ſole poſitas, majorem nominis celebritatem indeptum ſit. Scio jam illa eſſe tempora, quibus artes ingenuæ non ita floreant, & mercatura quaſi urbe fugetur: ſed Veſtram pro republica curam, Veſtramque diligentiam & laborem in arduis negotiis ſubeundis, pectuſque Veſtrum conſilio & ingentibus meditamentis inſtructiſſimum, rebus maxime afflictis felicem inſtaurationem, & civibus longum magnumque bonum

pro-

promittere, quis æquus rerum æſtimator non facillime videt? Utinam poſt tot nubes procelloſas, quæ cœlum noſtrum contraxere, candidiſſimi ſoles recurrant & almæ pacis tempora reviviſcant! At quia in hac fortunæ conditione, viriumque imbecillitate, præter vota nihil poſſum, potentiſſimum hujus urbis Statorem precibus rogo, ut Muſis & Mercurio, quibus hactenus perſtitit, ſereniſſimum fortunæ vultum reddat, & adverſantem magis ac magis mitiget: imo ut omnes difficultates, quas Voſmet ipſi in ejus gubernatione experi-

mini;

SISMANOGLIO

mini ac ſuſtinetis, expediat atque diſſolvat. Interim vivite & valete Proceres urbis celeberrimæ, ut longum lætetur reſpublica, omneſque cives Veſtri ſentiant Vos fuiſſe, cum ſtipendiis humanis feliciſſime fueritis perfuncti, & hæc celeberrimi ſcriptoris Fragmenta, cujus totum opus præ manibus habemus, à me Latinitate donata & animadverſionibus illuſtrata, auctoritate Veſtra protegite, atque ſtudium meum, tanquam obſequii teſtificationem & pignus, ſereno fronte ſuſcipite. Dabam in Urbe Patria quarto Nonarum Auguſti cIↃ IↃↃ LXXIV.

ABRA-

ABRAHAMUS BERKELIUS.

Lectori Candido.

S. P. D.

Quemadmodum olim Marcus Tullius Cicero Romanorum facundiſsimus, de reperto à ſe divini Archimedis tumulo gloriabatur, quem vepribus undique & dumetis obductum urbis Syracuſanæ civibus indicaverat: ſic inter humanioribus literis eruditos ſummo jure quam plurimis gloriari licet, ſe ex bibliothecarum pulvere & ſitu deſideratiſsima nonnunquam veterum monumenta fide bona eruiſſe, quæ ab aliis aut prorſus neglecta, aut parum intellecta primi omnium in publicam lucem emiſere. Verum neminem animo tam agreſti ac duro eſſe reor, quin etiam eos quantulocunque præconii genere condecorandos exiſtimet, qui rudi Minerva jam exaſciata

impenſiore diligentia deinde perpoliunt, & antiquorum ſcripta librariorum ſordibus deturpata, ad quandam nitoris priſtini ſpeciem revocare ſatagunt. Primus omnium, quod ſciam, in hoc ſtudiorum genere incomparabilis Iſaacus Voßius in eruditißimis ad Pomp. Melam obſervationibus ex hoc genuino Stephani Byzantini Fragmento de Dyrrhachio & Dotio nonnulla in medium adduxit, quæ hodie in Stephani de Urbibus & Populis epitome, ab Hermolao Grammatico Conſtantinopolitano conſarcinata, non circumferuntur. Hinc animum viri ſummi amicitiam ac favorem ambiendi, & præſtantißimum priſci ævi monumentum propius contuendi, cupido inceſſebat. Ergo Hagam Comitum me contuli, ubi itineris labor mirum in modum levabatur, cum non duntaxat reliquiæ operis à Stephano

SISMANOGLIO MEGARO

Byzantino compoſiti, quas propria manu alibi in Galliis ὁ πάνυ deſcripſerat, ſed præterea etiam Hermolai breviarium calamo exaratum, & codex quem in ſuum uſum magnus Salmaſius cum MSS Palatinis contulerat, fama & commendatione eruditorum hujus ſeculi, præſertim Johannis Frederici Gronovii, viri in hoc literarum ſtudio excellentißimi, jam mihi notus, oculis meis ſubjicerentur, de quibus & aliis adminiculis in Prolegomenis ad Stephani Epitomen fuſius dicere conſtitui. Enimvero ſimulatque animi ſententiam de emendando atque excudendo hoc auctore, tam inſignium theſaurorum poſſeſſori aperuiſſem, eum adeo facilem & perhumanum offendi, ut calamo exarati codicis uſum illico conceſſerit, & Salmaſianam collationem cum genuino Fragmento ſpopon-derit.

derit, nihil antiquitatis perire cupiens. Ex illo tempore lætam in pectore ſpem fovere cœperam, id aliquando divulgandi, & ſuo loco Stephani Epitomæ inſerendi: ſed ſpes mea fruſtra me habuit, & vanas eſſe hominum cogitationes eventus perdocuit. Nam doctiſſimus Samuel Tennulius à Petro Blaſio Petri Seguierii Franciæ Cancellarii Bibliothecario in hujus Fragmenti poſſeſſionem miſſus, anno CIↃ IↃↃ LXIX. cum Latina verſione & notis publica luce frui primus omnium permiſit, quod jam rurſum non recocta crambe, ſed noſtro jure perfuſum, & paullo apparatius eruditis palatis apponere libuit. Exhibeo enim novam verſionem, minime inductus ſtudio primi interpretis laborem carpendi & meum commendandi: firmiter enim apud animum ſtatueram, hoc Fragmentum & Stephani Epito-

men, à me Latinitate donatam, mendiſque repurgatam, ſimul in publicum emittere: adeo ut alienam verſionem in partem mei laboris admittere neque conſultum, neque ſatis ingenuum videretur. Verum fateor ingenue, ſententiam mutavi, & haſce auctoris reliquias mea cum verſione & animadverſionibus, tanquam majoris operis prodromum, ſuadentibus amicis, præmittere non abs re cenſui. Textum Græcum ex membranis Seguieranis depromptum examuſſim ſequor, duobus tribuſve locis exceptis, in quibus σφάλματα typothetarum manifeſtiſſima deprehendi. Ad librariorum commiſſa quod attinet, ea ope ingenii & proprio Marte quantum potuerim correxi, emendationibus tamen non in textum, ſed in animadverſiones rejectis. Conjecturas meas juvenis eximius Johannes van Alphen

SISMANOGLIO MEGARO

in literis Græcis & Latinis aſsiduus, ſæpenumero auxit & veterum auctoritate ſtabilivit. Mirum eſt tam lætam ac luxuriantem mendarum ſegetem in tam paucis paginis conſpici: Attamen illud meo jure & ſumma fiducia pronuntiare poſſum, maximæ parti medicinam à me eſſe allatam, lectionibus non niſi ex certiſsima atque indubitata conjectura receptis, aut aliorum ſcriptorum teſtimoniis confirmatis. Superſtites remanſerunt lacunæ in quibus nullus conjecturis locus, licet ſagaciſsimis, quibuſque παραπλάσματα *affingere neceſſe habui: imo tales ſunt, quæ non facili negotio replebuntur, niſi alibi in bibliothecarum ſupellectile auctiores emaculatioreſque membranæ inveniantur. Copia mihi facta fuit duum antigraphorum, ex membranis bibliotheca Seguieriana tranſcriptorum: al-*

terum

terum nactus ſum beneficio Nobiliſsimi Domini Henrici Copes, Scabini apud Sylvaducenſes digniſsimi, quod olim deſcriptum à Jacobo Falaiſeau Juris perito apud Pariſinos præſtantiſsimo, bis cum autographo contulerat, uti literis ad me datis fidem fecit. Alterum mecum communicavit juvenis ornatiſsimus Eualdus Rulæus, filius Johannis Rulæi, verbi divini præconis apud Haarlemenſes fideliſsimi. Cæterum fateri non erubeſco, mihi nequaquam membranarum αὐτογράφων *perſcrutandi facultatem fuiſſe, quod tamen vehementer cuperem, ut de ambigua unius & alterius loci ſcriptura ac lectione certior evaſiſſem. Summopere miror eruditiſsimum Euſtathium Archiepiſcopum Theſſalonicenſem, qui* τὸν τὰ Ἐθνικὰ καταγραψάμενον, *paſsim in commentariis ad Homerum & Dionyſium Afrum.*

tran-

tranſcribit & imitatur, nullam omnino de rebus hoc Fragmento commemoratis, mentionem feciſſe; unde ſole meridiano clarius apparet, ei duntaxat Epitomen in uſu fuiſſe, & ipſum Stephani opus tunc temporis in tenebras abiiſſe, quod alias minime dubiis argumentis evincere conabor. Duo præterea Stephani Fragmenta de Iberia & Sicilia, quæ olim ex genuino Opere Conſtantinus Porphyrogenneta tranſcripſit, adjeci, ut omnia noſtri auctoris λείψανα hoc volumine exſtarent. Primi Fragmenti verſionem Latinam ob mendarum copiam Johannes Meurſius in lingua Græca verſatiſſimus ne tentare quidem auſus eſt, quam nunc poſt Clariſſimi Iſaaci Voſſii emendationem aggreſſus ſum: Denique Hannonis Carthaginenſium regis Periplum, rariſſimum & maxime venerandum antiquitatis monu-

men-

mentum ad prelum revocavi, & hiſce Fragmentis adjunxi. Hujus Græcam editionem Sigiſmundus Gelenius anno MDXXXIII *Baſileæ curavit: Latinam verſionem & notas Conradus Geſnerus poſtea ſeorſim edidit: meam adjeciſſem, niſi Nicolaus Heinſius, eximium in hiſce regionibus rei literariæ decus & ornamentum, de Geſneriana verſione indicium feciſſet. Ad hunc Hannonis Periplum Clariſſimus Voſſius ſuas obſervationes promiſit, quibus publicam videre lucem hactenus non licuit: harum vicem ſupplebunt Doctiſſimi Bocharti animadverſiones, quas ex parte ſecunda Geographiæ Sacræ tranſcribere & notis Geſnerianis ſubjungere placuit.*

Interim amice Lector & benevole hiſce fruere, dum majora molior, & totum Stephani Opus ad umbilicum perducere

**** omni-

SISMANOGLIO MEGARO

omnibus viribus annitor; quod jam in publicum prodiiſſet, niſi horrida bella & papyri inopia in cauſa fuiſſent. Etenim cui criticum eſt jecur & Atticus naſus, ex hiſce animadverſionibus ad hæc fragmenta facillime olfaciet, (licet de improviſo afflictiſſima hujus reipublicæ tempora, quibus prelum frigebat, non interveniſſent) quam immenſum in vertendo & emendando hoc ſcriptore, miſerrime depravato, laborum & moleſtiarum pelagus mihi ſit emetiendum. De Hercule credidit antiquitas unam noctem ejus generationi non ſuffeciſſe: ſic ſibi cordatus Lector perſuadeat velim, me non uno alterove vertente anno correctionem totius Stephani Epitomes animo meo concepiſſe, & in lucem non editum iri, niſi poſt ſexcentos dolores: nam mihi res non eſt cum ſolis Geographicis, ſed etiam cum Gentilibus ab

urbium appellationibus deductis, cum portentis mythologicis, & intricatiſſimis ad Grammaticam ſpectantibus: Quæ ſi ſingulatim in hoc auctore ad accuratam rationis normam perpendere non recuſaveris, adeo frequentia & tam magni momenti eſſe deprehendes, ut cuilibet materiæ tantum temporis inſumi debere, ſummo jure judicaveris. Sed iniquam admodum bene de republica literaria merentes ſortem experiri ſolent, præſertim ſi ſcriptis & commentariis in vulgus editis prodeſſe ſtudeant quam plurimis: nam & inter togatam gentem vulgus eſt, quod de aliorum ſcriptis, ne unico quidem totius operis jota aut viſo aut lecto, temere pronunciat, quod ea vellicat & pro nihilo ducit, turpi ſilentio & toga inſcitiam ſuam caute tegens. Aſſyriæ reges poſt Ninum omnes in regia lati-

SISMANOGLIO MEGARO

tabant, gloriam ac majeſtatem in occulto amplificare ſtudentes: ſic illud hominum genus uſque latendo, & nunquam promendo ſua, ſibi laudem & gloriam quærunt. Sed iniquum illud & inhumanum hominum genus nihil moror: unicum noſtræ vitæ fontem rogans, ut mihi porro ſanitatem & otium largiatur, & rei literariæ fautores, immenſo hoc opere ad umbilicum perducto, videant, quid ob communem cauſam voluerim atque tentaverim. Vale Lector Amice, & hæc Fragmenta meis animadverſionibus illuſtrata ſine faſtidio accipe, dum tibi aliud ferculum præparatur.

ΕΚ ΤΟΥ

SISMANOGLIO MEGARO

ΕΚ ΤΟΥ

ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

περὶ

ΠΟΛΕΩΝ καὶ ΔΗΜΩΝ.

STEPHANI BYZANTINI

DE

URBIBUS ET POPULIS

FRAGMENTA.

ΕΚ ΤΟΥ ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ περὶ ΠΟΛΕΩΝ καὶ ΔΗΜΩΝ.

[1] ΔΥ'ΜΗ πόλις Ἀχαΐας, ἐσχάτη πρὸς δύσιν, ὅθεν καὶ Καλλίμαχος ἐν ἐπιγράμμασιν.

Εἰς Δύμην ἀπιόντα τὴν [2] Ἀχαϊκήν.

Καὶ Δύμη ἡ χώρα πάλαι ἐκαλεῖτο, ἡ δὲ [3] πόλις Στρατός. ὕστερον δὲ [4] καὶ ἡ πόλις καὶ ἡ χώρα Δύμη ἐκλήθησαν. λέγεται καὶ [5] πληθυντικῶς, ὡς Ἀπολλόδωρος. [6] Τούτων ἀπέχουσι σταδίους ΡΚ, ἐσχάτη κεῖται πρὸς δύσιν Δύμαι. [7] ὁ πολίτης, Δυμαῖος. Ἔφορος ΚΔ. Παραγενομένης δὲ τῆς στρατιᾶς εἰς τὴν Δύμην, πρῶτον μὲν οἱ Δυμαῖοι καταπλαγέντες. Καὶ Παυσανίας ἐν Βοιωτικοῖς. [8] Ἀνδρὶ Δυμαίῳ σταδίου μὲν ἀνελομένῳ νίκην. Καὶ πάλιν. [9] Δυμαίοις μέν ἐστὶν Ἀθηνᾶς ναὸς καὶ ἄγαλ-

SISMANOGLIO

STEPHANI BYZANTINI DE URBIBUS ET POPULIS Fragmenta.

DYMA, urbs Achaïæ, ultima ad occidentem, quare & Callimachus in Epigrammatibus canit:

Dymam profectum Achaïcam.

Ipſa quoque regio antiquitus Dyma appellabatur, urbs vero Stratus. Tandem vero etiam cum urbs, tum regio Dyma vocatæ ſunt. Dicitur quoque numero multitudinis Dymæ, uti apud Apollodorum hiſce verbis: Abeſt ab hiſce centum viginti ſtadia urbs Dymæ, quæ ultima ad occidentem ſita eſt. Civis, Dymæus. Ephorus libro XXIV: Immiſſo autem in Dymam regionem exercitu, primo omnium Dymęi terrore perculſi ſunt. Et Pauſanias in Bœoticis: Viro Dymæo curſu in ſtadio reportanti victoriam. Et rurſum: Dymæis quidem eſt Minervæ tem-

ἄγαλμα. [10] Καὶ ἐν τῷ α΄. Τάδε πρὸς Ἀχαΐαν Δυμαίων εἰσὶν ὅμοροι. [11] Καὶ Ἀπολλόδωρος, ἢ ὁ τὰ τούτου ἐπιτεμνόμενος. Τὴν δὲ χώραν ἔχουσι Δυμαῖοι. Καὶ Φίλιστος Σικελικῶν α΄. [12] Ἐπὶ τῆς ὀλυμπιάδος, καθ' ἣν ὁ Βοιώτας ἐνίκα στάδιον. Καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικῶν α΄. Πόλεμος ἐνέστη τοῖς τε Δυμαίοις. Ὅθεν καὶ Θεόπομπος μ΄. Προστάται δὲ τῆς πόλεως ἦσαν τῶν μὲν Συρακοσίων [13] Ἄθηνις καὶ Ἡρακλείδης, τῶν δὲ μισθοφόρων Ἀρχέλαος ὁ Δυμαῖος. Τὸ θῆλυ δὲ Δυμαία. Εὐφορίων.

> [14] Ἥ τις ἔχεις κληῗδα, ἐπιζεφύ-
> ροιο Δυμαίης.

[15] Διὰ τὸ πρὸς δύσιν ἐπιζέφυρον. [16] Ἀντίμαχος δὲ Καυκωνίδα φησὶν αὐτὴν, ἀπὸ Καύκωνος ποταμοῦ, [17] ὡς Διρκαίας. [18] Ἔνιοι δὲ καὶ Ἀσωπίδα. Διαστέλλεται δὲ τῆς Ἠλείας [19] κατὰ τὸ Βουπρασίον [20] Ἀρίσῳ τῷ ποταμῷ. Λέγεται καὶ Δύμιος, ὡς [21] Βοιβησίμιος. Ἀντίμαχος δὲ ἐν ε΄ Θηβαΐδος.

[22] ἐν

templum & imago. Et in libro primo: Ab illa vero parte ad Achaïam Dymæis ſunt contermini. Et Apollodorus, vel qui ejus ſcripta compendifecit: Regionem tenent Dymæi. Et Philiſtus rerum Sicularum libro primo: Olympiade qua ſtadium currendo vicit Oebotas [Dymæus.] Et Apollodorus libro primo Chronicorum: Bellum impendebat Dymæis. Quare & Theopompus libro quadrageſimo ſcribit: Præſides erant civitatis ex Syracuſanis quidem Athanis & Heraclides, ex mercenariis vero Archelaus Dymæus. Hinc fœmininum Dymæa. Euphorio:

> *Tu quæ poßides clauſtra regionis Dy-*
> *mææ favonio expoſitæ.*

Quia ab occaſu zephyrus ſpirat. Antimachus vero ipſam appellat Cauconidem à Caucone fluvio, ut à Dirce fonte Thebæ Dircææ dicuntur: ſunt qui Aſopidas vocent. Dividitur autem ab Elide juxta Bupraſium flumine Lariſſo. Dicitur etiam Dymius, uti Bœbius, Cynius. Sic Antimachus libro v Thebaïdos:

 Inter

[22] Ἐν δέ συ τοῖσι μάλα πρόφρων ἐπίκουρος ἀμοργῶν
[23] Ὡμιλήσας, ὡς [24] διεπέρσατε Δύμιον ἄστυ.

ΔΥΝΔΑΣΟΝ, [25] πόλις Καρίας. Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Καρίας β'. Αὖθις δ' ἐπὶ Δυνδασον καὶ Κάλυνδα ὁρμῆσαι. Τὸ ἐθνικὸν, Δυνδασεὺς, ὡς Πηγασεύς.

ΔΥΡΒΑΙΟΙ [26] ἔθνος καθῆκον εἰς Βάκτρους καὶ τὴν Ἰνδικήν. [27] Κτησίας ἐν Περσικῶν ι'. [28] χώρα δὲ πρὸς αὐτὸν πρόσκειται. Δυρβαῖοι οὗτοι εὐδαίμονες ἄνδρες, καὶ πλούσιοι, καὶ κάρτα δίκαιοί εἰσι, πρὸς τὴν Βακτρίαν καὶ Ἰνδικὴν [29] κατατείνοντες. Οὗτοι οὔτε ἀδικοῦσιν, [30] οὔτε ἀποκλείνουσιν ἀνθρώπων οὐδένα. Ἐὰν δέ τι εὕρωσιν ἐν τῇ ὁδῷ χρυσίον, ἢ ἱμάτιον, ἢ ἀργύριον, ἢ ἄλλο τι, οὐδὲν [31] ἀποκινήσθαι αὐτὸ, οὔτε ἀρτοποιοῦσιν, οὔτ' ἐσθίουσιν, [32] οὔτε νομίζουσιν, ἐὰν μὴ ἱερῶν ἕνεκεν. [33] ἄλφιτα δὲ ποιοῦσιν λεπτότερα, καθάπερ οἱ Ἕλ-

Inter hos vero prudentiſſimum militum ducem
Te geſſiſti, cum diripuiſtis Dymium oppidum.

DYNDASUM, urbs Cariæ. Alexander lib. II, de Caria: Iterum ad Dyndaſum & Calynda properare. Gentile, Dyndaſenſis, ut Pegaſenſis.

DYRBÆI, gens exporrecta ad Bactros & Indiam uſque. Cteſias rerum Perſicarum libro decimo: Regio verſus ſeptentrionem jacet. Dyrbæi hi homines fortunati, & divites, & admodum juſti, ad Bactriam & Indiam uſque pertingunt. Hi neque injuria afficiunt, neque occidunt quenquam mortalium. Cum in via ſive aurum, ſive veſtem, ſive argentum, ſive aliud quidpiam offendunt, nihil inde auferunt. Neque piſturam exercent, neque panibus veſcuntur, neque legibus, niſi ſacrorum cauſa, obſtricti vivunt. Polentam autem tenuiſſimam parant quemadmo-

οἱ Ἕλληνες, [34] καὶ ἐσθίουσι καρπούς.

ΔΥΡΡΑΧΙΟΝ, [35] πόλις Ἰλλυρική, [36] Ἐπίδαμνος κληθεῖσα ἀπὸ Ἐπιδάμνου, [37] τούτου θυγάτηρ Μέλισσα, ἧς καὶ Ποσειδῶνος Δυρράχιος. ἀφ᾽ ἧς ἐστιν ἐν Ἐπιδάμνῳ τόπος Μελισσώνιος, ἔνθα Ποσειδῶν αὐτῇ συνῆλθεν. [38] Μετὰ δὲ τὸν Ῥιζονικὸν Λίσσος ἐστὶ πόλις, καὶ Ἀκρόλισσος, καὶ Ἐπίδαμνος [39] Κερκυραίων κτίσμα, ἡ νῦν Δυρράχιον ὁμωνύμως τῇ χερροννήσῳ [40] πρότερον λεγομένῃ, ἐφ᾽ ἧς ἵδρυται, [41] ὡς Φίλων. [42] Δέξιππος δὲ ἐν Χρονικῶν ι΄ φησὶν οὕτως. Καὶ Μακεδόνων τὴν μὲν Ἐπίδαμνον, εἰς ὕστερον δὲ Δυρράχιον μετωνομασθεῖσαν, [43] πόλιν τῆς Μακεδονίας μεγάλην καὶ εὐδαίμονα κατὰ κράτος αἱροῦσιν. Ἀλέξανδρος δὲ ἐν Εὐρώπῃ [44] μετὰ τοῦ σ Δυσράχιον αὐτὴν καλεῖ.

Δυσραχίου τ᾽ Ἐπίδαμνος ἐπ᾽
ἀγχιάλου χθονὸς ἀκτῆς.

Ἔστι καὶ ἄλλη τις Λακωνικὴ μία τῶν ρ΄.

λέγεται

admodum Græci, & fructus comedunt.

DYRRHACHIUM, urbs Illyrica, Epidamnus dicta ab Epidamno, cui filia fuit Meliſſa, ex qua & Neptuno natus eſt Dyrrhachius: ab hac locus quidam in Epidamno Meliſſonius denominatus eſt, ubi Neptunus cum illa rem habuit. Poſt Rizonicum autem ſinum urbs Liſſus eſt, & Acroliſſus, & Epidamnus Cercyræorum opus, quæ nunc Dyrrhachium ſimiliter ac olim cherſoneſus, in qua ſita eſt, vocatur, ut ſcribit Philo. Dexippus autem Chronicorum decimo ita loquitur: Et Macedonum Epidamnum, poſtea, mutata appellatione, Dyrrhachium nominatam, urbem Macedoniæ magnam & fortunatam vi capiunt. Alexander autem in ſua Europæ deſcriptione per S Dyſrachium ipſam appellat:

Dyſrachiique Epidamnus in maritima
terræ ora ſita eſt.

Eſt & alia quædam urbs Laconica,

una

λέγεται δὲ καὶ ἡ χώρα τῆς Ἰλλυρίας Δυῤῥαχία. Εὐφορίων,

> Ἄστεα Δυῤῥαχίης τε καὶ ἔθνεα Ταυλαντίνων.

Καὶ δῆλον ὅτι Δυῤῥάχιος τὸ τούτου ἀρσενικὸν, [46] ὡς τοῦ Ἀνάκτορον τὸ Ἀνακτόριος, Βυζάντιον Βυζάντιος, Θούριον Θούριος, [47] Κούριον Κούριος. Ἐρατοσθένης γ΄ Γεωγραφουμένων. [48] Ἐχόμενοι οἰκοῦσι Ταυλάντιοι. Πόλις δὲ Ἑλληνὶς Ἐπίδαμνος ἐπὶ χερρονήσου τῆς καλουμένης Δυῤῥαχίου. [49] Ποταμοὶ δὲ Δρίλων καὶ Λάος, [50] περὶ οὓς οἱ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας τάφοι δείκνυνται. ὅμως δὲ [51] νῦν Δυῤῥαχηνοὶ λέγονται. οὕτω γὰρ καὶ [52] Βαλάγρος ἐν Μακεδονικοῖς φησί. Καὶ τούτων αἱ πόλεις Δυῤῥαχηνοῖς τε καὶ Ἀπολλωνιάταις ἐπιδιήρηνται. Καὶ [53] Ἑρέννιος Φίλων ἐν τοῖς Ἰατρικοῖς Δυῤῥαχηνὸν ἀναγράφει Φιλωνίδην οὕτως. Ἀσκληπιάδης ἀκουστὰς [54] ἔχε Τίτον Αὐφίδιον Σικελὸν, καὶ Φιλωνίδην Δυῤῥαχηνὸν, καὶ Νίκωνα Ἀκραγαντῖνον. Καὶ πάλιν. Φιλω-

una ex centum. Ipſa quoque regio Illyriæ Dyrrhachia appellatur. Euphorio:

> *Urbes Dyrrhachiæ & gentes Taulantinæ.*

Manifeſtum autem eſt τὸ Dyrrhachius eſſe maſculinum, ut ab Anactorium Anactorius: Byzantium Byzantius: Thurium Thurius: Curium Curius. Eratoſthenes libro tertio operis geographici: Taulantii, eam regionem tenentes, incolunt. Urbs vero Græca eſt Epidamnus in cherſoneſo Dyrrhachio. Fluvii præterlabuntur Drilo & Aous, circa quos Cadmi & Harmoniæ monumenta viſuntur. Attamen nunc Dyrrhacheni dicuntur; ſic enim & Balager in Macedoniacis loquitur: Et horum urbes Dyrrhachenis, & Apolloniatis diviſæ ſunt. Et Herennius Philo in libro de re Medica Philonidam Dyrrhachenum deſcribit hoc modo: Aſclepiades auditores habuit Titum Aufidium Siculum, & Philonidam Dyrrhachenum & Niconem Acragantinum. Et rurſus: Philoni-

 des

Φιλωνίδης δὲ ὁ Δυρραχηνὸς ἤκουσε μὲν Ἀσκληπιάδου, ἰατρεύσας δὲ ἐν τῇ πατρίδι ἐνδόξως, συνετάξατο βιβλία με. [55] λέγει δὲ Παυσανίας ἡ περὶ τῆς ἀρχαίας καὶ τῆς νῦν πόλεως οὕτως. [56] Ἐπιδάμνιοι μὲν χώραν ἥνπερ καὶ ἐξ ἀρχῆς, πόλιν δὲ οὐ τὴν ἀρχαίαν ἐπὶ ἡμῶν ἔχουσιν, [57] ἐκείνης δὲ ἀφεστηκυῖαν ὀλίγον, [58] ὄνομα δὲ τῇ πόλει Δυρράχιον ἀπὸ τοῦ οἰκιστοῦ.

ΔΥΣΠΟΝΤΙΟΝ [59], πόλις Πισαίας, [60] ἀπὸ Δυσποντίου τοῦ Πέλοπος, [61] παρὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐξ Ἤλιδος εἰς Ὀλυμπίαν. Ἀπὸ ταύτης Ἀντίμαχος ἦν Ὀλυμπιονίκης, [62] νικήσας ἐν ὀλυμπιάδι στάδιον. Φλέγων ἐν ὀλυμπιάδι δ'. Ἀντίμαχος Ἠλεῖος [63] ἐκ Δυσποντίου στάδιον. Καὶ ἐν κζ'. [64] Δάιππος Κροτωνιάτης πὺξ Ἠλείων ἐκ Δυσποντίου τέθριππον. Μέμνηται δὲ αὐτῆς καὶ Τρύφων ἐν παρωνύμοις, γράφων οὕτως τὸ ἐθνικόν. Οἱ δὲ Δυσποντεῖς οὐ παρὰ τὴν πόλιν Δυσπόντιον καλοῦνται. [65] ἐλέγοντο γὰρ Δυ-

des vero Dyrrhachenus audivit Aſclepiadem, medicinam fecit in patria ſua magna cum laude, & libros compoſuit XLV. Pauſanias vero libro ſexto, & de vetere, & de ea quæ nunc exſtat urbe ſic ſcribit: Epidamnii regionem quidem eandem quam olim, non autem urbem antiquam, hac noſtra ætate tenent; aſt aliam ab illa paullum diſſitam: nomen vero eſt urbi Dyrrhachium à conditore.

DYSPONTIUM, urbs Piſatidis, quæ à Dyſponto Pelopis filio nomen habet, & propter viam, quæ ex Elide ad Olympiam ducit, ſita eſt. Ex illa erat Antimachus Olympionices, qui in Olympiis ſtadium vicit, uti Phlegon Olympiade quarta perhibet. Antimachus Eleus ex Dyſpontio curſu in ſtadio vicit. Et in ſeptima vigeſima: Dahippus Crotoniates pugil Eleorum ex Dyſpontio quadrigis vicit. Præterea Tryphon in Denominativis hujus urbis meminit, ejus gentile ita ſcribens. Dyſpontenſes non ab urbe

 Dy-

Δυσποντεῖς παρὰ τὸν Πέλοπος υἱὸν Δύσποντον.

ΔΥ'ΣΤΟΣ, [66] πόλις Εὐβοίας. Θεόπομπος ἐν Φιλιππικῶν κδ'. Ἀποστήσας δὲ τοὺς ἐν αὐτῇ περιοικίᾳ τῶν Ἐρετριέων, ἐστράτευσεν ἐπὶ πόλιν Δύστον. τὸ ἐθνικὸν, Δύστιος.

ΔΩΔΩ'ΝΗ, [67] πόλις τῆς Μολοσσίδος ἐν Ἠπείρῳ, [68] καθ' ἣν Δωδωναῖος Ζεὺς, [69] Δωδώνης μεδέων, καὶ Διονύσιος.

> Δωδώνης ἤπειρος ἀπείριτος ἐκτετάνυσται.

[70] Φιλόξενος δὲ ὁ τὴν Ὀδυσσείαν ὑπομνηματίζων, δύο φησὶ Θετταλικὴν καὶ Θεσπρωτικήν, [71] οὕτως Δωδώνην νῦν φησι τὴν Θεσπρωτικήν, [72] ἐν ᾗ τὸ μαντεῖον ἐκ τῆς δρυός. Ἑτέρα δὲ ἡ Θετταλική, ἀφ' ἧς ὁ Ἀχιλλεὺς καλεῖ τὸν Δία. ἔοικε δὲ οὕτως ἐπικεκλῆσθαι [73] τὸ ἀμφὶ Σελλοῖς, οἳ ναίουσιν ὑποφῆται ἀνιπτόποδες [74] χαμαιεῦναι. Πῶς γὰρ τούτων μέμνηται ἀπὸ τῆς Θετταλικῆς καλῶν αὐτόν; Οὕτω δὲ καὶ Ἐπαφρόδιτος

ἐν τῇ

Dyſpontio, ſed à Dyſponto Pelopis filio Dyſpontenſes dicti ſunt.

DYSTUS, urbs Eubœæ. Theopompus rerum Philippicarum libro XXIV: Relinquens autem eos qui in vicinia Eretrienſium habitant, exercitum duxit contra Dyſtum. Gentile, Dyſtius.

DODONA, urbs Moloſſidis in Epiro, à qua Jupiter Dodonæus, qui Dodonæ præſidet. Dionyſius:

> *Dodonæ regio immenſa extenta eſt.*

Philoxenus autem qui in Odyſſeam commentatus eſt duas memorat, Theſſalicam unam, alteram Theſproticam: ita nunc Theſproticam appellat, ubi ex quercu oraculum redditur: iſta vero Theſſalica, unde Achilles Jovem nominat. Videtur vero ita appellatum templum, circa quod Selli habitant oraculorum interpretes, illotis pedibus humi cubantes. Quo modo enim illos meminiſſet, ſi à Theſſalica Jovem nuncuparet? Ita etiam Epaphroditus

in

ἐν τῇ Π τῆς Ἰλιάδος. τιμᾶ τοὺς ἐν Δωδώνῃ ἔχοντας ἐπιφανὲς μαντεῖον,

[75] Τὸν δ' ἐς Δωδώνην φάτο βήμεναι.

Ἐπικέκληκε δὲ Ἀχιλλεὺς τὸν ἐν τῇ Θεσσαλίᾳ γειτνιῶντα θεὸν, ὡς καὶ ὁ Πίνδαρος εὔχεται τῷ Λυκηγενεῖ, καὶ ὁ Χρύσης τῷ Σμινθεῖ. [76] Τὸν δὲ Δωδωναῖον ἔλεγον καὶ ναῖον. [77] Ζηνόδοτος δὲ γράφει Φηγωναῖε, ἐπεὶ ἐν Δωδώνῃ πρῶτον φηγὸς ἐμαντεύετο. Καὶ [78] Σουίδας δέ φησι, Φηγωναίου Διὸς ἱερὸν εἶναι ἐν Θεσσαλίᾳ, [79] καὶ τούτου ἐπικαλεῖσθαι. [80] Ἔτεροι δὲ γράφουσι Βωδωναῖε. [81] Πόλιν γὰρ εἶναι Βωδώνην, ὅπου τιμᾶται. [82] Κινέας δέ φησι, πόλιν ἐν Θεσσαλίᾳ εἶναι καὶ Φηγὸν, καὶ τὸ τοῦ Διὸς μαντεῖον εἰς Ἤπειρον μετενεχθῆναι. Ὠνόμασται δὲ κατὰ Θρασύβουλον, ὡς [83] Ἐπαφρόδιτος ὑπομνηματίζων τὸ β' αἴτιον, ἀπὸ Δωδώνης μιᾶς τῶν Ὠκεανίδων νυμφῶν. [84] Ἀκεστόδωρος δὲ [85] ἀπὸ Δωδώνου τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώ-

in commentariis ad Iliada Π. Eos honorat, qui Dodonæ inſigne habent oraculum:

Hunc vero dicit ad Dodonam contendiſſe.

Achilles vero Deum in Theſſalia vicinum invocavit, quemadmodum Pindarus Apollinem precatur in Lycia genitum, & Chryſes Smintheum. *Dodonæum* Jovem etiam *Bodonæum* appellarunt, ubi Zenodotus ſcribit *Phegonæum*, quia Dodonæ primum fagus oracula edidit. Et Suidas perhibet in Theſſalia fanum eſſe Jovis Phegonæi, & ab illo ita denominari. Alii ibi ſcribunt *Bodonæum*; traduntque illic eſſe urbem Bodonen, ubi hoc nomine colitur. Verum Cineas refert, urbem in Theſſalia Phegum reperiri, & oraculum Jovis in Epirum eſſe tranſlatum. Secundum vero Thraſybulum, teſte Epaphrodito in commentariis ad librum ſecundum Quæſtionum, nomen habet à Dodone una ex Oceani Nymphis. Aceſtodorus autem derivat à Dodone Jovis & Euro-

Εὐρώπης. εἰκὸς ἢ ἀπὸ Δώδωνος ποταμοῦ, ὃν παρατίθησιν [86] ὁ Τεχνικὸς ἐν τῷ α τῆς καθόλου, λέγων οὕτως. Δώδων ποταμὸς Ἠπείρου. Διτταὶ δ' εἰσὶ Δωδῶναι, [87] αὕτη καὶ ἡ ἐν Ἰταλίᾳ, καθάπερ ἄλλοι καὶ [88] Μνασέας. [89] Λέγεται καὶ Δωδὼν, ἧς τὴν γενικὴν Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ Ἀκανθοπλῆγι. Νῦν δ' [90] οὔτεμε εἰς Δωδῶνος, [91] οὔτε Πυθικῶν γυ *** τις ἀπείσειεν. Καὶ δοτικήν. [92] Δωδῶνιν αἴων Ζεὺς ὁμέστιος βροτῶν. Καὶ ἐν Τραχινίαις. Ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν [93] αὐδῆσαί ποτε Δωδῶνι [94] δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη. Καὶ Καλλίμαχος. Τὸν ἐν Δωδῶνι λεγόμενον οὖν [95] ἠχώχαλκον ἤγειρον. Καὶ τὴν αἰτιατικήν φησιν [96] Εὐφορίων Δωδῶνα ἐν Ἀνίῳ.

Ἵκομεν ἐς Δωδῶνα Διὸς φηγοῖο
προφῆτιν.

[97] Λέγεται δὲ καὶ εἰς Ω. Σιμμίας ὁ Ῥόδιος.

Ζηνὸς

Europæ filio. Sed veriſimile eſt, deſcendere iſtam appellationem à Dodone fluvio, quem allegat Technicus libro primo hiſtoriæ univerſalis, ita dicens: Dodon Epiri fluvius eſt. Geminæ autem ſunt Dodonæ, hæc, & altera in Italia, ut inter alios & Mnaſeas perhibet. Ipſa quoque urbs Dodon appellatur, cujus genitivo Sophocles utitur in Ulyſſe ſpinis flagellato: Nunc autem ne quis amplius ad Dodonidis urbem, aut regionem Pythicam abeat. Et dativo: Jupiter Dodoni habitans, eundem cum mortalibus habet larem. Et in Trachiniis ait: Sic antiquam fagum cecini ſſe aliquando in Dodone, duabus columbis vaticinantibus. Et Callimachus: Æs illud reſonans in Dodone ſuſcitarunt. Etiam accuſativum Dodona Euphorio in Anio uſurpat:

Venimus in Dodona Jovis fagini fatidicam.

Et nominativus etiam in O magnum deſinit, quem Simmias Rhodius adhibet:

Sedem

Ζηνὸς ἕδος Κρονίδαο μάκαιρ'
ὑπεδέξατο Δωδώ.

Ἠδύνατο δὲ ἡ Δωδῶνος γενικὴ μετὰ τῆς λοιπῆς κινήσεως [98] καὶ κλίσις εἶναι τῆς Δωδὼν, εἴπερ ἦν ἐν χρήσει τῆς πόλεως ἡ εὐθεῖα. Διόπερ ἔοικεν [99] ὁ τεχνικὸς μετασχηματισμὸς ἡγεῖσθαι τὸ ἐθνικὸν, [100] ταύτης ἄρρηλον ὡς πεπονθυίας· εἰ δέ τις χρηματίσειεν, ἔσται Δωδώνιος, [101] ὡς Πλευρῶνος Πλευρώνιος, Καλυδῶνος Καλυδώνιος, [102] τῆς μέν τοι Δωδώνης Δωδωναῖος. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Μολοσσῶν πρὸς μεσημβρίης οἰκοῦσι Δωδωναῖοι. Καὶ Ὅμηρος.

[103] Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε. ----

Καὶ [104] Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις. Δωδωναίῳ κυνὶ βωλοκόπῳ τίτθη γεράνῳ προσεοικώς. Καὶ τὸ θῆλυ Δωδωνὶς ἀπὸ τοῦ Δωδώνη, ὡς [105] Παλλήνη Παλληνίς. [106] Ἀπολλώνιος.

Στεῖραν Ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε φηγοῦ.

Καὶ

Sedem Jovis Saturnii beata ſuſcepit Dodo.

Poterat autem genitivus Dodonis cum reliquis caſibus etiam declinari à caſu recto Dodo, ſiquidem hic urbis nominativus in uſu eſt. Quare artificialis inde formatio pro gentili videtur habenda, cum hujuſmodi urbis appellatio in uſu ſit: hac formandi ratione ſi quis uti velit, fiet Dodonius, ut à Pleuronis Pleuronius, Calydonis Calydonius: ſed à Dodones genitivo fit Dodonæus, quo Hecatæus in Europa utitur: Ad meridionalem Moloſſorum regionem adhabitant Dodonæi. Et Homerus:

Jupiter rex Dodonæe. ----

Et Cratinus in Archilochis: Dodonæo cani occanti mamma grui perſimilis. Et fœmininum Dodonis fit à Dodone, uti à Pellene Pellenis, cujus Apollonius meminit:

Carinam Minerva ex Dodonide adaptavit quercu.

 Et

Καὶ [107] Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ Ἀκανθοπλῆγι. [108] Τὰς θεσπιῳδοὺς ἱερέας Δωδωνίδας. Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν α΄ περὶ θεῶν, τὸν Δωδωναῖον οὕτως ἐτυμολογεῖ. Καθάπερ οἱ τὸν Δία [109] Δωδωναῖον μὲν καλοῦντες, ὅτι δίδωσιν ἡμῖν τὰ ἀγαθά. [110] Πελασγικὸν δὲ, ὅτι γῆς πέλας ἐστίν. Ἔστι δὲ καὶ Δωδωναῖον χαλκεῖον παροιμία ἐπὶ τῶν πολλὰ λαλούντων, ὡς Μενεδήμων φησίν. ἀπὸ τοῦ τὸν ναὸν τοῦ Δωδωναίου Διὸς τοίχους μὴ ἔχοντα, [111] ἀλλὰ τρίποδας πολλοὺς ἀλλήλων πλησίον, ὥστε τὸν ἑνὸς ἁπτόμενον παραπέμπειν διὰ τῆς ψαύσεως τὴν ἐπήχησιν ἑκάστῳ, [112] διαμένειν τὸν ἦχον ἄχρις αὖθις τοῦ ἑνὸς ἐφάψηται. ἡ παροιμία δὲ οὔ φησιν εἰ μὴ χαλκίον, [113] ἐν ἄλλῳ λέβητας ἢ τρίποδας πολλούς. Προσθετέον οὖν [114] τῷ περιηγητῇ Πολέμωνι, ἀκριβῶς τὴν Δωδώνην ἐπισταμένῳ, [115] καὶ Ἀριστείδῃ τὰ τούτου μεταγεγραφότι, [116] λέγοντι κατὰ τὸ Β΄. ἐν τῇ Δωδώνῃ στῦλοι β΄ παράλληλοι καὶ παρεγγὺς ἀλλήλων, καὶ ἐπὶ μὲν θατέρου χαλκίον

Et Sophocles in Ulyſſe ſpinis cæſo: Fatiloquas ſacerdotes Dodonidas. Sed Apollodorus libro primo de Diis, ſic Dodonæi etymon deſcribit. Quemadmodum Jovem Dodonæum quidam ita vocant à δίδωμι, quia dat nobis omnia bona: Pelaſgicum autem à πέλας & γῆ, quia terræ vicinus eſt. Eſt autem ÆS DODONÆUM proverbium in loquaces, uti Menedemon auctor eſt: quia Dodonæi Jovis templum muros non habet, ſed tripodas plurimos arctiſſime ſibi invicem junctos, adeo ut ſi unum percutias, ſtrepitum ſimul ob contactum ad unumquemque eorum tranſmittas, qui perdurat uſque dum ſonus ad unum illum redierit. Proverbium autem non ait niſi ÆS: apud alium lebetes & tripodas multos. Aſſentiendum itaque Polemoni Periegetæ, qui accurate ipſam Dodonam pernorat, & Ariſtidæ, qui ejus opera deſcripſit, libro ſecundo ita affirmanti: In Dodona duæ ſunt columnæ paralellæ & vicinæ: In altera quidem ahenum eſt

κίον ἐστὶν οὐ μέγα, τοῖς δὲ νῦν παραπλή-
σιον λέβησι. ἐπὶ δὲ θατέρου [117] παιδάριον
ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ μαστίγιον ἔχον, οὗ κατὰ
τὸ δεξιὸν μέρος ὁ τὸ λεβήτιον ἔχων κίων
ἕστηκεν. ὅτ᾽ ἂν οὖν ἄνεμον συμβῇ πνεῖν
τοὺς τῆς μάστιγος [118] ἱμάντας χαλκοῦς,
ὄντας ὁμοίως τοῖς ἀληθινοῖς ἱμᾶσιν,
[119] αἰωρουμένους ὑπὸ τοῦ πνεύματος, συνέ-
βαινε ψαύειν τοῦ χαλκίου, καὶ τοῦτο ἀδια-
λείπτως ποιεῖν, ἕως ἂν ὁ ἄνεμος διαμέ-
νῃ, καὶ κατὰ μέν τοι τοὺς ἡμετέρους φησὶν ὁ
[120] Ταῤῥαῖος. Εἰ μὲν λάβῃ τῆς μάστιγος,
οἵδε ἱμάντες *** πεπτώκασιν. Παρὰ
μέντοι τῶν ἐπιχωρίων ἠκούσαμεν, ὡς ἐπεί-
περ ἐτύπτετο μὲν ὑπὸ μάστιγος, ἠχεῖ δ᾽
ἐπὶ πολὺν χρόνον, [121] ὡς χειμερίου τῆς
Δωδώνης ὑπαρχούσης, εἰκότως εἰς πα-
ροιμίαν παρεγένετο. Μέμνηται αὐτῆς Μέ-
νανδρος ἐν Ἀῤῥηφόρῳ. Ἐὰν δὲ κινήσῃ
μόνον τὴν [122] Μυρτίλην ταύτην τις, ἣν
τίτθην καλεῖ, [123] πέρας ποιεῖ λαλιᾶς τὸ
Δωδωνεῖον ἄν τι χαλκίον, ὃ λέγουσιν
ἠχεῖν, ἂν παρήψαθ᾽ ὁ παριὼν, τὴν ἡμέ-
ραν

eſt non magnum, hodiernis lebetibus ſimile: in altera puerulus dextra flagellum tenens, cui ad dextram appoſita eſt columna cum lebete. Ventus itaque cum diſflaverit hujus flagelli funiculos, æneos quidem, ſed ad ſimilitudinem naturalium funium flexiles, contingit, eoſdem à vento ſublatos ſine intermiſſione vas illud æneum percutere, uſque dum ſiluerit ventus, quod ſecundum noſtros etiam Tarrhæus fatetur: Si acceperit flagellum, illi funes ceciderunt. *** Nos autem ab incolis ipſis audivimus, æs illud à flagello percuſſum longum tempus reſonare, hiemali cœlo, ſub quo ſita eſt Dodone, illud adjuvante. Unde merito in proverbium abiit, cujus Menander meminit in Comœdia Arrhephoro: Hanc ſi quis ſemel moverit Myrtilam, quam ille ſuam nutricem vocat, finem loquelæ tandem facit ÆS DODONÆUM, quod ſi quis prætereuntium illud tetigerit, totam ajunt reſonare diem, ſed tamen citius ſilere, quam hanc no-

ραν ὄλην, καταπαῦσαι θᾶττον, ἢ ταύτην λαλοῦσαν, νύκτα γὰρ προσλαμβάνει.

ΔΩΝΕΤΤΙ͂ΝΟΙ, [124] ἔθνος Μολοσσικόν. Ῥιανὸς δ΄ Θεσσαλικῶν.

> Ἀτὰρ Δωνεττῖνοι ἠδ᾽ ὀτρηροὶ
> [125] Κεραίνες.

Καὶ ἐν τῇ ζ.

> Ἑπτὰ δὲ Δωνεττῖνοι, ἀτὰρ ὀκτὼ καὶ
> δέκα Κᾶρες.

ΔΩ͂ΡΑ, [126] νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ, [127] καθὰ Στράβων ις΄. [128] Τὸν Δεμαζήνην ἐπάρχειν νήσου τινὸς τῆς ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ, καλεῖσθαι δὲ τὴν νῆσον Δῶρα. ὁ νησιώτης Δωρείτης, ὡς τοῦ Στάγειρα Σταγειρείτης, Ἄβδηρα Ἀβδηρείτης· [129] οὕτω καὶ Ὦρος. [130] Εἰ δὲ τῷ τῆς χώρας τύπῳ χαρακτηρισθῆναι δεῖ, Δωρηνὸς, ὡς Σωφηνὸς, [131] Ἀραξηνὸς, Νισιβηνός.

ΔΩ΄ΡΙΟΝ, [132] πόλις μία τῶν τριῶν, [133] ὧν Ὅμηρος μνημονεύει.

> Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος τε καὶ Δώριον.

[134] Δι-

ſtram loquacem, quippe quæ & noctem diei adjungat.

DONETTINI, gens Moloſſica, cujus Rhianus libro IV rerum Theſſalicarum meminit:

> *Cæterum Donettini & ſeduli Ceraines.*

Et libro ſeptimo:

> *Septem Donettini, verum octodecim Cares.*

DORA, inſula in ſinu Perſico, auctore Strabone libro XVI. Amazenam vero inſulæ cuidam in ſinu Perſico præfuiſſe, cui Dora nomen erat. Inſulanus Dorita dicitur, ut à Stagira Stagirita, Abdera Abderita: quod etiam Orus affirmat. At ſi quis conſueta regioni forma uti velit, gentile erit Dorenus, ut Sophenus, Araxenus, Niſibenus.

DORIUM, urbs una ex tribus, quarum Homerus meminit:

> *Et Pteleon, & Helus, & Dorium.*

 Di-

[134] Δικαίαρχος δὲ τέτταρας ταύτας εἶναι φησὶ, καὶ Πτελέας, οὐ Πτελεὸν τὴν μίαν καλεῖ, κατὰ τὸ πρῶτον τοῦ βίου τῆς Ἑλλάδος βιβλίον. Τῶν δ' ἐν τῇ Πελασγιώτιδι χώρᾳ Δωριέων κατοικούντων [135] μέρος τι μετὰ τῶν ἐν τοῖς

* * * * *

Γνώμην εἶχον τὴν ἀποικίαν ἐκπέμπειν τοῖς ** Τραχινίοις βουλόμενοι καὶ Δωριεῦσι τιμωρεῖν. Ἡρόδοτος δὲ ἐν τῇ α', περὶ τοῦ Δωρικοῦ γένους φησὶ, πολυπλάνητον αὐτὸ καλῶν, καὶ δεικνὺς οὕτως. [136] Τὸ δὲ πολυπλάνητον κάρτα. ἐπὶ μὲν γὰρ Δευκαλίωνος [137] βασιλέως ᾤκεε τὴν Φθιῶτιν. ἐπὶ δὲ Δώρου τοῦ Ἕλληνος τὴν [138] ὑπὸ τὴν Ὄσσαν τε καὶ τὸν Ὄλυμπον χώρην καλεομένην Ἱστιαιῶτιν. [139] ἐκ δὲ Ἱστιαιώτιδος ὡς ἐξανέστη ὑπὸ Καδμείων, [140] ᾤκεεν ἐν Πίνδῳ Μακεδνὸν καλεόμενον, ἐντεῦθεν δὲ αὖθις εἰς τὴν Δρυοπίδα μετέβη, καὶ ἐκ τῆς Δρυοπίδος οὕτως ἐς Πελοπόννησον ἐλθὸν, Δωρικὸν ἐκλήθη. Καὶ οἱ Κρῆτες Δωριεῖς ἐκαλοῦντο.

[141] Δω-

Dicæarchus autem illas quatuor eſſe ait, & unam urbem non Pteleon, ſed Pteleas appellat, libro primo de Vita Græciæ. Dorienſium, qui in Pelaſgiotide regione habitant pars quædam.

* * * * * * *

Coloniam eo deducere ſedebat ſententia, & illatam Trachiniis Dorienſibuſque injuriam ulciſci. Herodotus libro primo de gente Dorica ſcribens, valde erroneam eam eſſe & dicit & demonſtrat hoc modo: multum illa pervagata eſt; nam ſub Deucalione rege Phthiotidem incoluit: Sub Doro Hellenis filio regionem montibus Oſſæ & Olympo adjacentem, Iſtiæotidem dictam: at vero à Cadmeis ejecta, habitavit locum in Pindo, quem Macednum vocant: hinc autem rurſus ad Dryopidem migravit: atque ita tandem ex Dryopide in Peloponneſum veniens, Dorica dicta eſt. Ipſi quoque Cretenſes Dorienſes appellantur.

 Do-

[141] Δωριέες τε Τριχάϊκες, δῖοί τε
Πελασγοί.

[142] Περὶ ὧν ἱστορεῖ Ἄνδρων. Κρητὸς ἐν τῇ νήσῳ βασιλεύοντος. [143] Τέκταφον τὸν Δῶρον τοῦ Ἕλληνος, ὁρμήσαντα ἐκ τῆς ἐν Θετταλίᾳ τότε μὲν Δωρίδος, νῦν δὲ Ἱστιαιώτιδος καλουμένης, ἀφικέσθαι εἰς Κρήτην μετὰ Δωριέων τε καὶ Ἀχαιῶν καὶ Πελασγῶν, τῶν οὐ [144] καταῤῥάντων εἰς Τυῤῥηνίαν. Μέμνηται τῆς Δωρίδος τῆς Θετταλικῆς Χάραξ ἐν ζ, τῆδε γράφων [145] περὶ Θεσσαλοῦ τοῦ Αἰάτου, νικήσαντος τοὺς ἐν Ἄρνῃ Βοιωτούς. Ὁ δὲ Θεσσαλὸς οὐδὲ [146] τὴν τετάρτην μοῖραν τῆς ἐπωνυμίας μετέβαλεν, ἀλλ' Ἱστιαιῶτιν αὐτὴν, ὡς πρὶν, καλεῖσθαι εἴασε. Κεῖται δὲ [147] πρὸς δυσμῶν τῆς Πίνδου. Δῶρος δὲ αὐτὴν ὁ Ἕλληνος ἔλαχε τὰ πρῶτα, καὶ Δωρὶς ἀπ' ἐκείνου ἐκαλεῖτο πρότερον, ὕστερον δὲ Ἱστιαιῶτις μετωνομάσθη.

ΔΩ͂ΡΟΣ [148] πόλις Φοινίκης. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. [149] Μετὰ δὲ ἡ πάλαι Δῶρος, νῦν δὲ Δῶρα καλεῖται. Καὶ

οὕτως

*Dorienſeſque Trichaïces, nobileſque
Pelaſgi.*

De quibus hæc narrat Andro : ſcilicet Crete in inſula regnante, Cercaphum Dori filium, Hellenis nepotem, profectum ex illa Theſſaliæ parte, quæ tunc quidem Doris, nunc vero Iſtiæotis appellatur, deveniſſe in Cretam cum Dorienſibus, Achæis & Pelaſgis, qui ad Tyrrheniam non erant delati. Doridis Theſſalicæ meminit Charax libro ſeptimo, ubi ſcribit de Theſſalo Æatæ filio, qui Bœotos in Arna devicit : Theſſalus vero quartæ partis cognomen non mutavit, ſed Iſtiæotidem, ut olim, ipſam vocari permiſit. Jacet ad occidentem ipſius Pindi : Dorus autem Hellenis filius, cui ea primum ſortito obtigit, ipſam à ſe Doridem appellavit; poſtea tamen Iſtiæotis transnominata eſt.

DORUS, urbs Phœniciæ, auctore Hecatæo in Aſia. Deinde antiqua Dorus, nunc Dora appellatur.

Et

οὕτως Ἰώσηππος αὐτὴν καλεῖ [150] ἐν ε΄ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας. Ἀπὸ μὲν Ἰορδάνου μέχρι Δώρων πόλεως. Καὶ πάλιν. Ἀζώτῳ καὶ Δώροις ὁριζόμενοι. [151] Καὶ ἐν δ΄. εἶναί τι γύναιον ἐν πόλει Δώρῳ. Καὶ πάλιν. ὅτε ἤνεγκεν εἰς τὴν Δῶρον. Καὶ [152] Κλαύδιος Ἰοῦλλος ἐν γ΄ Φοινικικῶν. Μετὰ Καισάρειαν Δῶρα κεῖται βραχεῖα πολίχνη, Φοινίκων αὐτὴν οἰκούντων, οἱ διὰ τὸ ὑπόπετρον [153] τῶν τε αἰγιαλῶν, καὶ τὸ [154] πορφύρας γόνιμον συνελθόντες, καλιὰς αὐτοῖς ᾠκοδομήσαντο, καὶ περιβαλλόμενοι χάρακας, ὡς ὑπήκουεν αὐτοῖς τὰ τῆς ἐργασίας, [155] τεμνόμενοι τὰς πέτρας, διὰ τῶν ἐξαιρουμένων λίθων τὰ τείχη κατεβάλοντο. καὶ τὸν [156] ἔνορμον χηλὴν ὅπως τε ἀσφαλῶς ἔθεντο, [157] ἐπώνυμον αὐτὴν τῇ πατρίῳ γλώσσῃ Δῶρα καλοῦντες. Οἱ δ' Ἕλληνες, ἄχρι τοῦ τῆς [158] φωνῆς εὐπροφόρου, καλεῖν ἀρκοῦνται Δώραν τὴν πόλιν. Καί τινες ἱστοροῦσι Δῶρον τὸν Ποσειδῶνος οἰκιστὴν αὐτῆς γεγονέναι. Καὶ

Ἀρτε-

Et hoc modo Joſephus eam appellat libro quinto Hiſtoriæ Judaïcæ: A Jordane uſque ad civitatem Dora. Et rurſum: Azoto & Doris terminati. Et in libro quarto: Eſſe in urbe Doro aliquam mulierculam. Et iterum: Quando tulit in Dorum. Et Claudius Jullus libro tertio Phœnicicorum ſic ſcribit: Poſt Cæſaream ſita ſunt Dora exiguum oppidulum, quod à Phœnicibus habitatur, qui propter ſaxoſum & purpuris fœcundum littus ibi convenerunt, ſibique gurguſtia ædificarunt, & foſſas circumduxerunt: ubi vero ſucceſſus reſpondebat operæ, ſecuerunt petram, & ex effoſſis lapidibus muros fundarunt. Cumque jam navibus commodum tutumque poſuiſſent portum, Dora illum cognominem urbi vernacula lingua vocarunt. Græci vero, quatenus vox pronunciatu facilis eſt, appellant Doram urbem opulentam. Quidam narrant, Dorum Neptuni filium ipſam condidiſſe. Et Artemidorus in Epitome undecim libro-

E rum.

Ἀρτεμίδωρος Δῶραν τὴν πόλιν οἶδεν ἐν ἐπιτομῇ τῶν ια΄. [159] Συνεχῶς δ' ἐστὶ Στράτωνος πύργος. [160] εἶτα ἔνι Δῶρα ἐπὶ χερσονησοειδοῦς τόπου κείμενον πολισμάτιον, δεχομένου τοῦ ὄρους [161] τοῦ Καρμήλου. Καὶ ἐν θ΄ γεωγραφουμένων τὸ αὐτό. Ἀπολλόδωρος δὲ Δῶρον καλεῖ ἐν χρονικῶν δ΄. Εἰς Δῶρον οὖσαν ἐπιθαλάττιον πόλιν. καὶ Ἀλέξανδρος ἐν Ἀσίᾳ.

Δῶρός τ', ἀγχίαλός τ' [162] Ἰόπη,
προὔχουσα θαλάττῃ.

Καὶ Χάραξ ια΄. Τρύφων, ἐν Δώρῳ τῆς κοίλης Συρίας πόλει πολιορκούμενος ὑπὸ Ἀντιόχου, [163] ἔφυγεν εἰς Πτολεμαΐδα, τὴν Ἄκην λεγομένην. Τὸ ἐθνικὸν, Δωρίτης. ὃ δὲ ταῖς δύο καταλήξεσιν ἀναλογεῖ, τῇ μὲν Δῶρα Δωρίτης, ὡς Στάγειρα Σταγειρίτης, [164] ὡς εἴρηται. τῆς δὲ Δῶρος ὁμοίως Δωρίτης. [165] Σκίρος Σκιρίτης, χῶρος χωρίτης, [166] μέσος μεσίτης, Κοπτὸς Κοπτίτης, [167] δίολκος διολκίτης. [168] Παυσανίας δὲ ἐν τῇ τῆς πατρίδος αὐτοῦ κτίσει, Δωριεῖς αὐτοὺς καλεῖ,

rum, urbem Doram agnoſcit. Continua eſt, inquit, Stratonis Turris: deinde ſequitur Dora oppidulum, in loco peninſulæ formam habente ſitum, ad radicem montis Carmeli. Et libro nono Geographiæ idem ſcribit. Apollodorus vero Dorum nominat libro quarto Chronicorum: Ad Dorum urbem maritimam. Et Alexander in Aſia:

Et Dorus, littoraliſque Joppe, procurrens in mare.

Et Charax libro undecimo: Trypho, in Doro Cœleſyriæ urbe obſeſſus ab Antiocho, Ptolemaïdem profugit, quæ & Ace dicitur. Gentile, Dorites, quod duabus terminationibus convenit; nam à vocabulo Dora formatur Dorites, ut à Stagira Stagirites, quemadmodum dictum eſt, & à Doros ſimiliter deducitur Dorites, ut à Sciros Scirites, choros Chorites, meſos meſites, Coptos Coptites, diolcos diolcites. Pauſanias vero in deſcriptione coloniarum ſuæ patriæ, ipſos Dorienſes appellat, ubi

καλεῖ, τῇδε γράφων. Τύριοι, Ἀσκαλωνῖται, Δωριεῖς, Ῥαφανεῶται. ὥστε παρὰ τὸ Δῶρον τὸ Δώριος εἶναι, οὗ ἂν εἴη ὁ Δωριεύς, ὡς τοῦ Χήσιον τὸ Χησιεύς. Ἔστι καὶ Καρίας Δῶρος πόλις, ἣν συγκαταλέγει ταῖς πόλεσιν ταῖς Καρικαῖς Κράτερος ἐν τῷ περὶ ψηφισμάτων γʹ. 169 Καρικὸς φόρος Δῶρος, Φασηλῖται.

ΔΩ´ΤΙΟΝ, 170 πόλις Θεσσαλίας, ὅπου μετῴκησαν οἱ Κνίδιοι, ὧν ἡ χώρα Κνιδία. 171 Καλλίμαχος ἐν ὕμνοις.

Οὔπω τὰν Κνιδίαν, ἔτι Δώτιον
ἱρὸν ἔναιον.

Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Δωτίας τῆς 172 Ἐλάτου. Φερεκύδης δὲ ἀπὸ Δώτιος τοῦ Ἀστερίου, καὶ Ἀμφικτυόνης τῆς Φθίου. 173 ὡς δὲ Ἀρχῖνος ἀπὸ Δώτου τοῦ Νεώνου τοῦ Ἕλληνος. Μνασέας δὲ ἀπὸ Δώτου τοῦ Πελασγοῦ. Ἔστι δὲ τὸ πεδίον αὐτὸ καθ᾽ ἑαυτὸ ἰδίοις ὄρεσι περιεχόμενον. ὁ πολίτης, Δωτιεύς. Σοφοκλῆς Λαρισσαίοις. Καί μοι *** ελον ῥίπτοντι Δωτιεὺς ἀνὴρ ἀγχοῦ προσῆψεν 174 ἐλαφρὸς ἐν δυσκήματι.

ubi ſic ſcribit: Tyrii, Aſcalonitæ, Dorienſes, Rhaphaneotæ: ut à Dorus ſit Dorius, à quo Dorienſis, uti à Cheſium Cheſienſis. Dorus etiam Cariæ urbs eſt, quam Caricis annumerat Craterus libro tertio Decretorum. Caricum vectigal Dorus, Phaſelitæ.

DOTIUM, urbs Theſſaliæ, quo commigrarunt Cnidii, quorum regio Cnidia. Callimachus in Hymnis:

Nondum quidem Cnidiam, ſed adhuc ſacrum Dotium habitabant.

Denominatum eſt à Dotia Elati filia: At Pherecydes à Dotide Aſterii & Amphictyones, quæ ex Phthio nata eſt, filia derivat: Sed Archenus à Doto Neoni filio, Hellenis nepote: Mnaſeas vero à Doto Pelaſgi filio. Ipſa planities per ſe propriis montibus circumdata eſt. Civis, Dotienſis. Sophocles in Lariſſæis. Et me projiciente vir Dotienſis pauper telum attigit, gurguſtium quoddam intrans. Et ſimiliter quoque

κήματι. [135] καὶ ἐν Λημνίαις προτέραις. [178] Φερηκίδας δὲ, [179] Ἄδμητος ἤδ' ὁ Δωτιεὺς, Λαπίθης Κορωνός. τὸ θηλυκὸν Δωτηΐς. Ῥιανὸς ἐν δ΄ Μεσσενιακῶν,

Αὐδὴν εἰσώμενος Δωτηΐν, ἵκτο
[178] τελείη.

Καὶ Δωτιὰς, ὡς Ἰλιὰς τοῦ Ἰλιεύς. Σοφοκλῆς [179] ἐν Πηλεῖ. Βασιλεὺς χώρας τῆς Δωτιάδος. Καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος [180] ἐν Ῥόδου κτίσει.

---- Ὅσατε γαίης
Ἔργατε Δωτιάδος πρότεροι κάμον [181] Ἀσμονιῆες.

Καὶ [182] Ἀντίμαχος ἐν β΄ Λύδης,

Φεύγοντας γαίης ἔκποθι Δωτιάδος.

Καὶ οὐδέτερον Δώτιον. Διονύσιος ἐν α΄ Γιγαντιάδος.

[183] Καὶ κελάδων Σπερχειὸς, ἔχουσί σε Δώτια Τέμπεα.

Καὶ τὸ ἑνικὸν τῷ β΄.

[184] Καὶ κενεὸν κρότησε λέβης ἀνὰ Δώτιον Ἄργος.

Ἐκλή-

in Lemniadibus prioribus. Pherecidas inquit: Admetus erat Dotienſis, Lapithes Coronæus. Fœmininum Doteïs. Rhianus libro quarto Meſſeniacorum:

Linguam cupiens addiſcere Dotienſem, tandem venit.

Dicitur quoque Dotias, uti ab Ilieus Ilias. Sophocles in Peleo: Rex regionis Dotiadis. Et Apollonius Rhodius in deſcriptione coloniæ in Rhodum deductæ:

---- *Quantaque in terra*
Dotiade opera ſtruxerunt veteres Æmonenſes.

Et Antimachus libro ſecundo de Lydia:

Fugientes ex terra Dotiade.

Et neutro genere Dotium reperitur apud Dionyſium libro primo Gigantiadis:

Et ſtrepans Sperchie, habent te Dotia Tempe.

Ejus ſingulare libro ſecundo reperitur:

Et vacuum pulſavit lebetem per Dotium Argos.

Dictum

Ἐκλήθη δὲ Δώτιον ἀπὸ Δώτου τοῦ Πελασγοῦ παιδὸς, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν η'. Δῶτος ὁ Πελασγοῦ, ἀφ' οὗ τὸ Δώτιον πεδίον. Ἐκ περιττοῦ τοίνυν Ὧρος ἐν τοῖς Ἐθνικοῖς τῇδε γράφει. Καὶ τὰ περὶ Θάμυριν ἐν Δωρίῳ παριστοροῦντος [185] τοῦ ποιητοῦ. Πάλιν Ἡσίοδος Δωτίῳ ἐν πεδίῳ φάσκει αὐτὸν τετυφλῶσθαι. [186] συνωπίασε γὰρ τοῦτο τοῖς διχογραφουμένοις πρωτοτύποις τῶν ἐθνικῶν. Ἐπάγει γ' οὖν. Οὐ γὰρ ὡς ἡ Χαλκηδὼν καὶ Καρχηδὼν καὶ τὰ τοιαῦτα λέγεται. Ἡ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Λ περὶ τὸν Πόντον, ἡ δὲ διὰ τοῦ Ρ πρὸ τῆς Λιβύης. ἡμεῖς γε προύθεμεν δείξαντες διὰ πολλῶν μαρτυριῶν, ἕτερον διὰ τοῦ Ρ Δώριον, [187] καὶ ἕτερον τὸ διὰ τοῦ Τ Δώτιον.

Hic finis eſt literæ Delta, cui connectitur titulus, quem minime genuinum exiſtimo, ut alibi multis probamus. Στεφάνου Γραμματικοῦ Κωνσταντινουπόλεως περὶ πόλεων, νήσων τε καὶ ἐθνῶν, δήμων τε καὶ τόπων, καὶ ὁμωνυμίας αὐτῶν καὶ μετωνομασίας, καὶ τῶν ἐντεῦθεν παρηγμένων ἐθνικῶν τε καὶ τοπικῶν, καὶ κτητικῶν τε ὀνομάτων. *Fragmentum Stephani Grammatici Conſtantinopolitani de urbibus, inſulis, gentibus, populis, locis, deque eorum homonymia & tranſ-*

Dictum autem eſt Dotium à Doto Pelaſgi filio, uti Herodianus libro VIII auctor eſt. Dotus Pelaſgi filius, à quo Dotius campus nomen habet. Ex abundanti autem Orus in opere de Gentilibus ita ſcribit: Et illa de Thamyride quod attinet, ea in Dorio facta narrat Poëta: è contrario Heſiodus in Dotio ipſum excœcatum dicit. Collocat enim iſtam vocem inter primitiva gentilium, quæ duobus modis ſcribuntur. Adducit præterea teſtimonium: Non enim ſicuti Chalcedo & Carchedo, ita & hæc dicuntur. Nam urbs per lambda ſcripta circa Pontum, at vero per R in Libya ſita eſt. Nos vero quæ proponimus, multis teſtimoniis probamus, aliud eſſe Dorium per R, & aliud Dotium per T.

& tranſnominatione, atque derivatis inde gentilibus & localibus, deque nominibus poſſeßivis.

Sequitur libri undecimi index: Βιβλίον ιά. ὀγδοήκοντα κεφάλαια, τάγε ταῦτα.

Ἔαρες.	ἔθνος.
Ἐβόρας.	πόλις.
Ἐβραῖοι.	ἔθνος.
Ἐβρών.	πόλις.
Ἐγράδα.	κώμη.
Ἐγκλᾶνες.	ἔθνος.
Ἐγύϊον.	πόλις.
Ἐγέστα.	πόλις.
Ἔγρα.	πόλις.
Ἐγχελεῖς.	ἔθνος.
Ἔδδανα.	πόλις.
Ἐδέβησσος.	πόλις.
Ἔδεσσα.	πόλις.
Ἐδουμαῖοι.	ἔθνος.
Ἕδρα.	ἡ καθέδρα.
Ἐθνέσται.	ἔθνος.
Εἰδομενή.	πόλις.

Εἴζι-

Εἴζιλος.	φρούριον.
Ἐλάσιον.	πόλις.
Ἐλήθυας.	πόλις.
Εἴνατος.	πόλις.
Εἰρεσίδαι.	δῆμος.
Ἑκαδήμεια.	τόπος.
Ἑκάλη.	δῆμος.
Ἑκατήσια.	πόλις.
Ἑκατόννησοι.	νῆσος.
Ἑκατόμπυλος.	πόλις.
Ἐκβάτανα.	πόλις.
Ἐλαία.	πόλις.
Ἐλαιεύς.	δῆμος.
Ἐλαίου τεῖχος.	πόλις.
Ἐλαιοῦς.	πόλις.
Ἐλαιοῦσσα.	νῆσος.
Ἐλάτεια.	πόλις.
Ἐλαυΐα.	φρουρά.
Ἐλαφόννησος.	νῆσος.
Ἐλβέστιοι.	ἔθνος.
Ἐλβοντίς.	πόλις.
Ἐλβώ.	νῆσος.
Ἔλγος.	πόλις.

F 2 Ἐλέα.

Ἐλέα.	πόλις.
Ἐλέεια.	χωρίον.
Ἐλένειος.	τόπος.
Ἐλένη.	νῆσος.
Ἐλευθέρα.	Κιλικίας μέρος.
Ἐλευθεραί.	πόλις.
Ἐλευθέριον.	πόλις.
Ἐλευθερίς.	πόλις.
Ἐλευθερίσκος.	πόλις.
Ἐλευθέρνα.	πόλις.
Ἐλευσίς.	δῆμος.
Ἐλεύποι.	ἔθνος.
Ἐλεφαντίνη.	πόλις.
Ἐλεών.	πόλις.
Ἐλιβύργη.	πόλις.
Ἐλίκη.	πόλις.
Ἐλίμεια.	πόλις.
Ἐλινοί.	ἔθνος.
Ἐλίζοια.	νῆσος.
Ἐλίκυσοι.	ἔθνος.
Ἔλλα.	χωρίον.
Ἔλλας.	πόλις.
Ἐλληνόπολις.	πόλις.

Ἐλλη-

Ἐλληνικὸν καὶ καρικόν.	τόπος.
Ἐλλήσποντος.	ἡ χώρα.
Ἐλλοπία.	ἡ χώρα.
Ἐλλόπιον.	πόλις.
Ἐλμαντική.	πόλις.
Ἔλος.	πόλις.
Ἔλουροι.	ἔθνος.
Ἐλοῦσα.	πόλις.
Ἔλπια.	πόλις.
Ἐλυμαῖα.	χώρα.
Ἐλύμνιον.	νῆσος.
Ἔλυρος.	πόλις.
Ἔλωρος.	πόλις.

* * * *

Reliqua, olim typis deſcripta, deerant: additi deinceps verſus Græci, membranarum auctorem ſignificantes.

Σφάλματα καλλιγράφων πολυώδυνα μύρια φεύγων,
Χερσὶν ἑαῖς Θεόφιλος ὅλας ἐγράψατο βίβλους,
Τῶν τοπικῶν Στεφάνοιο σοφῆς στάζοντα μελίττης.

Se-

Sequitur initium literæ

E.

Ἔ ΑΡΕΣ [188], ἔθνος Ἰνδικὸν, τῶν μετὰ [189] Δηριάδου Διονύσῳ πολεμησάντων. Διονύσιος ἐν Βασσαρικῶν δ΄.

Οἱ δὲ θοῶς προγένοντο Διονύσου κατὰ
Θήβης.

EARES, gens Indica, ex illis quæ cum Deriade contra Bacchum belligeravit. Dionyſius libro quarto Baſſaricorum:

Cito autem illi præceſſerunt Diony-
ſum ad Thebas.

FINIS

Fragmenti ex bibliotheca Seguieriana deſcripti.

STE-

STEPHANI BYZANTINI

FRAGMENTA

DUO:

Alterum ex Conſtantino Porphyrogenneta de Adminiſtrando Imperio: Alterum ex ejuſdem libro II de Thematibus Imperii Orientalis.

INTERPRETE

ABRAHAMO BERKELIO.

FRAGMENTUM

STEPHANI BYZANTINI

περὶ

ἸΒΗΡΊΑΣ.

ἸΒΗΡΊΑΙ δύο. Ἡ μὲν πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις ἀπὸ Ἴβηρος ποταμοῦ, οὗ μέμνηται Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ περὶ γῆς β΄. ἐντὸς δὲ Πυρήνης Ἴβηρ τ᾽ ἐστὶ μέγας ποταμὸς φερόμενος ἐνδοτέρω. Ταύτην δὲ εἰς πολλά φασι ἔθνη διαιρεῖσθαι, καθάπερ Ἡρόδωρος ἐν τῇ δεκάτῃ τῆς καθ᾽ Ἡρακλέα γέγραφεν ἱστορίᾳ, οὕτως. Τό δε Ἰβηρικὸν γένος τοῦτο, ὅπερ φημὶ οἰκεῖν τὰ παράλια τοῦ διάπλου, διώρισται ὀνόμασιν, ἓν γένος ἐὼν, κατὰ φῦλα. Πρῶτον μὲν οἱ ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις οἰκοῦντες τὰ πρὸς δυσμέων Κύνητες ὀνομάζονται. ἀπ᾽ ἐκείνων δὲ ἤδη πρὸς βορέαν ἰόντι Γλῆτες, μετὰ δε Ταρτήσιοι, μετὰ δὲ Ἐλβυσίνιοι, μετὰ δὲ Μαστιηνοὶ, μετὰ δὲ Καλπιανοί, ἔπειτα δὲ ἤδη

FRAGMENTUM

STEPHANI BYZANTINI

DE

IBERIA.

IBERIÆ duæ ſunt. Altera circa columnas Herculeas ab Ibero flumine dicta, cujus Apollodorus libro ſecundo deſcriptionis terræ meminit: Cis Pyrenem Iber eſt, magnum flumen, ad mediterranea uſque devolvens undas. Hanc in multas gentes diviſam perhibet Herodorus libro ſuæ Hiſtoriæ decimo, quam de Hercule conſignavit, hoc modo. Gens hæc Iberica, quam dico maritima trajecti habitare, quamvis una gens ſit, diverſis tamen nominibus ſecundum tribus diſtincta eſt. Primum quidem, qui ultimi verſus occaſum habitant, Cynetes appellantur. Ab his verſus aquilonem tendenti, occurrunt Gletes, deinde Tarteſſii, deinde Elbyſinii, deinde Maſtieni, tum Calpiani, denique

ἤδη ὁ Ῥόδανος. Ἀρτεμίδωρος δὲ ἐν τῇ β' τῶν γεωγραφουμένων οὕτω διαιρεῖσθαί φησιν. Ἀπὸ δὲ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν, ἕως τῶν κατὰ Γάδειρα τόπων ἐνδοτέρω καὶ συνωνύμως Ἰβηρία τε καὶ Σπανία καλεῖται. Διῄρηται δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων εἰς δύο ἐπαρχίας. Πρώτη μὲν ἐπαρχία διατείνουσα ἀπὸ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν ἅπασα μέχρι τῆς Καινῆς Καρχηδόνος καὶ τῶν τοῦ Βαίτιος πηγῶν, τῆς δὲ δευτέρας ἐπαρχίας τὰ μέχρι Γαδείρων καὶ Λουσιτανίας. Λέγεται δὲ καὶ Ἰβηρίτης. Παρθένιος ἐν Λευκαδίαις. Ἰβηρίτη πλεύσει ἐν αἰγιαλῷ. Ἡ δ' ἑτέρα Ἰβηρία πρὸς Πέρσαις ἐστί. τὸ ἔθνος Ἴβηρες, ὡς Πίερες, Βύζηρες. Διονύσιος,

Ἄγχου στηλάων μεγαθύμων ἔθνος
Ἰβήρων.

Καὶ Ἀριστοφάνης Τριφάλητι. Μανθάνοντες τοὺς Ἴβηρας τοὺς Ἀριστάρχου πάλαι. Καί, τοὺς Ἴβηρας οὓς χορηγεῖς μοι βοηθῆσαι δρόμῳ. Καὶ Ἀρτεμίδωρος ἐν δευτέρῳ τῶν γεωγραφουμένων. Γραμματικῇ

etiam Rhodanus. Artemidorus vero libro ſecundo Geographicorum, ita diviſam refert: A Pyrenæis montibus, uſque ad mediterranea quæ ſunt apud Gades, communi nomine Iberia & Hiſpania nuncupatur. A Romanis in duas provincias diviſa eſt: prima ſe extendit univerſa à Pyrenæis montibus, uſque ad novam Carthaginem & fontes fluminis Bœtis: ſecunda autem provincia occupat quod ſupereſt ad Gades & Luſitaniam uſque. Dicitur & Iberites. Parthenius in Leucadiis: Navigabit in littore Iberita (id eſt, Iberico.) Altera vero Iberia apud Perſas ſita eſt. Gens ipſa Iberes vocatur, uti Pieres, Byzeres. Dionyſius:

Prope columnas magnanimorum gens
Iberum.

Et Ariſtophanes in Triphalete: Ut cognoverunt Iberas illos qui Ariſtarchi antiquitus. Et rurſum: Iberas, quos publico ludo exhibes, curriculo mihi auxilio fuiſſe. Et Artemidorus libro ſecundo operis Geographici: Grammatica Italo-

rum

μαϊκῇ δὲ χρῶνται τῇ τῶν Ἰταλῶν οἱ παρὰ θάλατταν οἰκοῦντες τῶν Ἰβήρων. καὶ ἀπὸ τοῦ Ἴβηρος γενικῆς Ἰβηρὶς τὸ θηλυκόν: Ἑλληνὶς οὐκ Ἰβηρίς, Μένανδρος Ἀσπίδι. Λέγεται καὶ Ἰβηρικός. Διονύσιος,

> Πόντος μὲν πρώτιστος Ἰβηρικὸς
> ἀρχομένοισι.

Διῃρεῖτο δὲ ἡ Ἰβηρία εἰς ἐπαρχίας δύο, νῦν δὲ εἰς τρία, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. Πρότερον μὲν οὖν ἡ Ἰβηρία εἰς δύο ἐπαρχίας διῃρεῖτο ὑπὸ Ῥωμαίων, νυνὶ δὲ εἰς τρεῖς, εἰς Σπανίαν Βαιτικὴν, Σπανίαν Λυσιτανίαν, καὶ Ταρρακωνησίαν. Ἀπὸ τῆς γενικῆς Ἴβηρος εὐθεῖαν παράγει Ἀπολλώνιος, ὡς τοῦ Φύλακος, ὁ Φύλακος. ἐν τοῖς παρωνύμοις φησὶν, ἀπὸ γενικῶν εὐθεῖαι παράγονται. τὸ μὲν Ἴβηρ δύο συλλαβὰς, ὁμοίως τῇ εὐθείᾳ, κατὰ τὸν τόνον παροξυνόμενον, καὶ ἡ ἐν ἁπλῷ σχήματι ἢ ἐν συνθέτῳ. ἁπλοῦν μὲν οὖν μάρτυρ μάρτυρος, ὁ μάρτυρος. Χάροψ Χάροπος, ὁ Χάροπος.

Χαρό-

rum utuntur, qui ad mare habitant Iberi. A genitivo Ἴβηρος deducitur fœmininum *Iberis*: Menander in Aſpide ait: Ἑλληνὶς οὐκ Ἰβηρίς: Græca eſt non Iberica. Dicitur quoque Ibericus. Dionyſius:

> *Pontus quidem primus Ibericus incipientibus &c.*

Diviſa autem fuit Iberia in duas provincias, nunc autem in tres, uti Marcianus in ejus Periplo perhibet: Primum quidem Iberia in duas provincias diviſa erat, at nunc in tres; in Hiſpaniam Bæticam, Hiſpaniam Luſitaniam, & Tarrhaconeſiam. A genitivo Ἴβηρος caſum rectum deducit Apollonius *Iberus*, uti à Phylacis Phylacus. In Denominativis inquit: caſus recti à genitivis formantur. Iber quidem duas ſyllabas ſimiles nominativo, quod ad accentum in penultima, & in ſimplici forma & in compoſito habet. Simplex quidem eſt martyr martyris, hic martyrus: Charops Charopis, hic Charopus, veluti.

Cha-

---- Χαρόποιο τ' ἄνακτος.

Τροίζην Τροίζηνος, ὁ Τροιζήνιος. υἱὸς Τροιζηνίοιο. Ἴβηρ Ἴβηρος, ὁ Ἴβηρος. Ἀφ' οὗ παρὰ Κουαδράτῳ ἐν Ῥωμαϊκῆς χιλιάδος ε' ἐστὶν Ἰβήροισιν, οὕτω. καί τοι Λίγυσι θ' ἅμα καὶ Ἰβήροισι πολεμέοντες. Τὸ αὐτὸ καὶ Ἄβρων ἐν παρωνύμοις φησί· καὶ, αὐτὸς Ἴβηρος τραγοπώγων, ἐν μαλθακοῖς εἴρηται Κρατίνου. Λέγονται οἱ Ἴβηρες ὑδροποτεῖν, ὡς Ἀθηναῖος ἐν Δειπνοσοφιστῶν β' οὕτω. καὶ τοὺς Ἴβηρας φησὶν ὑδροποτεῖν πάντας, καί τοι πλουσιωτάτους πάντων ἀνθρώπων τυγχάνοντας. κέκτηνται γὰρ ἄργυρον καὶ χρυσὸν πλεῖστον. μονοσιτεῖν τε αὐτοὺς ἀεὶ λέγει διὰ μικρολογίαν, ἐσθῆτας τε φορεῖν πολυτελεστάτας.

FRA-

---- *Charopique regis.*

Trœzen Trœzenis, hic Trœzenus, ut *Træzeni filius*; ſimiliter quoque Iber Iberis: hic Iberus: unde apud Quadratum libro quinto Romanæ Chiliadis dativus *Iberis* hiſce verbis: Cum Liguribus ſimul & Iberis belligerantes. Idem Abro in Denominativis tradit. Et apud Cratinum in Malthacis Iberus hircibarbula reperitur. Dicuntur Iberes aquam potare apud Athenæum libro ſecundo Deipnoſophiſtarum hiſce verbis: Præterea Hiſpanos aquam potare inquit, quamvis omnium hominum ditiſſimi ſint, plurimum enim argenti & auri poſſident. Refert etiam, eos ob parſimoniam ſolos cibum capere, & tamen ſumptuoſiſſima veſte indui.

FRA-

FRAGMENTUM

STEPHANI BYZANTINI

περὶ

ΣΙΚΕΛΙΑΣ.

Σικελία ἡ νῆσος, Σικανία πρότερον ὠνομάζετο. εἶτα Σικελία ἐκλήθη, ὥς φησιν Ἑλλανικὸς ἱερειῶν τῆς Ἥρας β΄. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ, καὶ Αὔσονες ὑπὸ τῶν Ἰαπύγων ἐξ Ἰταλίας ἀνέστησαν, ὧν ἦρχε Σικελός· καὶ διαβάντες εἰς τὴν νῆσον τήν τε Σικανίαν καλουμένην περὶ τὴν Αἴτναν καθιζόμενοι, ᾤκουν αὐτοί τε, καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν Σικελὸς, βασιλείαν ἐγκαταστησάμενος, καὶ ἐντεῦθεν ὁρμώμενος ὁ Σικελὸς οὗτος, πάσης ἤδη τῆς νήσου τότε ταύτης Σικελίας καλουμένης ἀπὸ τοῦ Σικελοῦ τούτου, ὃς καὶ ἐν αὐτῇ ἐβασίλευσε. καὶ Μένιππος δὲ ταῦτά φησιν· ἐλθόντες εἰς Σικελίαν στρατὸς πολὺς ἐξ Ἰταλίας, τούς τε Σικανοὺς κρατήσαντες μάχῃ,

FRAGMENTUM

STEPHANI BYZANTINI

DE

SICILIA.

Sicilia inſula Sicania prius nominabatur, deinde Sicilia appellata eſt, teſte Hellanico libro II de Sacerdotibus Junonis. Eodem tempore etiam Auſones ab Japygibus ex Italia detruſi ſunt, quibus præerat Siculus: hi tranſgreſſi in inſulam, quæ tunc Sicania dicebatur, circa Ætnam ſedibus poſitis, & ipſi eam, una cum Siculo rege ſuo, habitarunt, regnum ibi ſtabiliente. Atque inde profectus Siculus totam ſibi mox ſubegit inſulam Sicaniam, quæ tum ab hoc Siculo Sicilia vocata eſt, quippe qui & regnum in ea obtinuit. Hoc vero Menippus hiſce verbis narrat: Profecti in Siciliam cum ingenti exercitu ex Italia, Sicanis prælio ſuperatis, ad meridionales & occidenta-

μάχη, ἀπέστειλαν εἰς τὰ μεσημβρινὰ καὶ τὰ ἑσπέρια μέρη αὐτῆς, καὶ ἀντὶ Σικανίας Σικελίαν τὴν νῆσον ἐποίησαν καλεῖσθαι· καὶ τὰ κράτιστα τῆς γῆς ᾤκησαν ἔχοντες. μεγίστη δὲ αὐτὴ μαρτυρεῖται τῶν ἑπτὰ, καθά φησιν Ἄλεξις ὁ κωμικός.

Τῶν ἑπτὰ νήσων, ἃς δέδειχεν ἡ φύσις
Θνητοῖς μεγίστας, Σικελία μὲν, ὡς λόγος,
Ἐστὶ μεγάλη, καὶ δευτέρα, Σαρδώ· τρίτη
Κύρνος· τετάρτη δὲ, ἡ Διὸς Κρήτη τροφός.
Εὔβοια πέμπτη στενοφυής. ἕκτη Κύπρος.
Λέσβος δὲ τάξιν ἑβδόμην λαχοῦσ' ἔχει.

Τῶν δὲ νησιωτῶν οἱ μὲν ἰθαγενεῖς πάλαι Λίγυες ἐξ Ἰταλίας, Σικελοὶ λέγονται. οἱ δὲ ἐπήλυδες, Ἕλληνες εἰσὶ Σικελιῶται, ὡς Ἰταλιῶται.

dentales hujus inſulæ partes eos delegarunt, & ut pro Sicania Sicilia inſula vocaretur, effecerunt: & fertiliſſimam ſoli regionem poſſidentes, incoluerunt. Maximam porro inſulam è ſeptem eſſe probatur etiam Alexii Comici teſtimonio, cujus hæc ſunt verba:

Ex inſulis ſeptem, quas indicavit Natura
Mortalibus maximas, Sicilia quidem ut fama fert,
Magna eſt: ſecunda Sardo: tertia
Cyrnus: quarta autem Creta Jovis nutrix.
Eubœa quinta anguſta: ſexta Cyprus:
At Lesbos ordinem eſt adepta ſeptimum.

Porro ex Inſularibus indignæ, quondam Ligures ex Italia, Siculi dicuntur: aduenæ autem Græci ſunt Siceliotæ, ut Italiotæ.

Teſtimonia Veterum

DE

STEPHANO

BYZANTINO

ET

EJUS OPERE.

Ex Suida.

Ἑρμόλαος γραμματικὸς Κωνσταντινουπόλεως, γράψας τὴν ἐπιτομὴν τῶν Ἐθνικῶν ΣΤΕΦΑΝΟΥ Γραμματικοῦ, προσφωνηθεῖσαν Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ.

HOC EST:

Hermolaus Grammaticus Conſtantinopolitanus, ſcripſit compendium libri STEPHANI de Gentilibus, Juſtiniano Imperatori dedicatum.

EX

CONSTANTINI

PORPHYROGENNETÆ

De Thematibus Imperii Orientalis libro II, Themate decimo, ubi Siciliæ deſcriptionem exhibet.

Ἔχει δὲ τὴν ἱστορίαν τοῦ καλεῖσθαι Σικελία, ἀπὸ ἱστορίας τοιαύτης, καθὼς ὁ Γραμματικὸς ΣΤΕΦΑΝΟΣ γράφει.

HOC EST:

Porro fama eſt, dictam eſſe Siciliam ab ejuſmodi hiſtoria, quemadmodum STEPHANUS Grammaticus ſcribit.

EX

JOHANNIS TZETZÆ

Hiſtoriarum Chiliade III. Hiſtor. centeſima.

Ὁ Ἀπολλόδωρος φησὶ ταύτην τὴν
ἱστορίαν.
Τῷ περὶ νήσων, πόλεων, καὶ δή-
μων ἐν βιβλίῳ
ΣΤΕΦΑΝΟΣ ὁ ΒΥΖΑΝ-
ΤΙΟΣ οὐ γράφει περὶ ταύτης,
Περὶ τῆς Ἡρακλείας δὲ γράφει τῆς
ἐν τῷ Πόντῳ.

HOC EST:

Apollodorus refert hanc hiſtoriam.
In libro de inſulis, urbibus & populis
STEPHANUS BYZANTINUS de illa non ſcribit:
De Heraclea autem ſcribit quæ eſt in Ponto.

EX

EX

EUSTATHII

ARCHIEPISCOPI

Theſſalonicenſis ad Homeri Iliada z commentariis.

Ἰστέον, ὅτι διαφόρους γραφὰς ἀποφέρεται τὸ ῥηθὲν Ἀδραμύττειον, καθὰ καὶ ΣΤΕΦΑΝΟΣ παραδίδωσιν ἐν τοῖς Ἐθνικοῖς.

HOC EST:

Sciendum eſt, ſupra allegatum Adramytteum diverſam ſcribendi rationem repræſentare, quemadmodum STEPHANUS in Opere de Gentilibus perhibet.

ABRA

ABRAHAMI BERKELII

ANIMADVERSIONES

In genuina

STEPHANI BYZANTINI

DE

URBIBUS ET POPULIS

FRAGMENTA.

SISMANOGLIO

ABRAHAMI BERKELII

Animadverſiones in genuina

STEPHANI BYZANTINI

DE

URBIBUS ET POPULIS

Fragmenta.

1 Δύμη.] Ut cuivis legentium primo quaſi intuitu evidentiſſime appareat, quam miſeris modis genuinum Stephani Byzantini de Urbibus, ſive ut ego exiſtimo, de Gentilibus opus ab Hermolao Grammatico Conſtantinopolitano ſit truncatum, neque omnino inconſultum, neque à re alienum videbitur, ſi ipſiſſima Epitomatoris verba ex quacunque ſectione, juxta Xylandrianam editionem, hic ſubjiciam. Hæc enim ille de Dyma congeſſit: Δύμη, πόλις Ἀχαΐας, ἐσχάτη πρὸς δύσιν. ὁ πολίτης, Δυμαῖος καὶ Δυμαῖα. λέγεται καὶ Δύμηος. Ἀντίμαχος δὲ Καυκωνίδα ταύτην φησὶν ἀπὸ Καύκωνος ποταμοῦ. Quanto cum bonarum literarum diſpendio hoc breviarium ſit conſarcinatum, cum ipſo Stephani opere collatione inſtituta, hinc manifeſte conſtabit. Tam multis paraſangis hoc fragmentum ſuperat epitomen, ut Alcinoi hortos, aut Midæ roſetum ingredi putem, quando ſeria lectione illud percurro.

2 Ἀχαϊκήν.] Sic appellatur reſpectu aliarum Dymarum: Antoninus enim in Thracia oppidum hujus nominis, & locum in Sparta Heſychius

 ſychius

ſychius collocat. In membranis Segujerianis deerant tres literæ poſteriores, legebaturque Ἀχαι xxx. Quod mihi ſuſpicionem injicit hunc locum plura continuiſſe. Sic ſolent ſocordes atque imperiti librarii epigrammatum duntaxat exordia tranſcribere, & reliquos verſus, licet aliquando decem ſequantur, lectorum diligentiæ committere, exarando ἄc. vel καὶ τὰ ἑξῆς, quod hic ab ipſis factum videtur. Nitebatur enim Stephanus integro Callimachi epigrammate probare, Achaïcam Δύμην ἀπὸ τῆς δύσεως vel δύσμης nomen habere. Veriſimilem eſſe noſtram conjecturam, inde evincitur, quod toto hoc capite nullam de etymologia vocis mentionem fecerit ὁ Ἐθνικολόγος, quam plerumque circa initium tmematis exhibet. Urbem inde appellationem ſortitam eſſe, etiam teſtatur Strabo lib. VIII. Ἐφεξῆς δ' ἐστὶν ἡ Δύμη πόλις ἀλίμενος, πασῶν δυσμικωτάτη, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα. Vide præterea Euſtathium ad Iliad. B. pag. 292. Pauſanias lib. VII perhibet, quondam *Paleam* appellatam fuiſſe; nomen vero quod nunc obtinet, à Dyme fœmina indigena, vel à Dymante Ægimii filio deducens, ita enim ille: Ἐκαλεῖτο δὲ τὰ μὲν ἀρχαιότερα Πάλεια. ἐχόντων δ' ἔτι Ἰώνων, ὄνομα οἱ μετέθετο ἐς ἡμᾶς. σαφῶς δ' οὐκ οἶδα, εἴτε ἀπὸ γυναικὸς ἐπιχωρίας Δύμης, εἴτε ἀπὸ τοῦ Δύμαντος τοῦ Αἰγιμίου. Etymologici Magni Auctor nomen habere exiſtimat ἀπὸ τῆς δύσμης, ἢ ἀπὸ Δύμης ἡρωΐδος. Integrum locum mox producam.

3 Πόλις Στρατός.] Sic olim nuncupatam fuiſſe, liquet ex Strabone lib. VIII. Sed non eſt confundenda cum clariſſima ejuſdem nominis urbe in Acarnania ſive Ætolia, cujus Livius, Mela, Plinius & alii quam plurimi meminere.

4 Καὶ ἡ πόλις καὶ ἡ χώρα Δύμη ἐκλήθησαν.] Hoc

etiam quodammodo ex Scholiaſta in Lycophronem apparet, tradente in Achaia Dymam civitatem vel regionem extitiſſe, ita enim inquit: Περὶ δὲ ταύτας τὰς πόλεις, ἤτοι τὴν Θεράπναν, ἥτις ἐστὶ πόλις Λακωνική, καὶ τὸ Ὤλενον πόλις Ἀχαΐας, καὶ τὴν Δύμην πόλιν ἢ χώραν Ἀχαΐας. In verbis Theopompi, mox ſecuturis τὸ Δύμη etiam commodiſſime pro regione accipi poteſt.

5 Πληθυντικῶς.] In hanc rem citat noſter Apollodori teſtimonium, cui adjiciam locum ex Etymologici Mag. Auctore: Δύμη ἡ πόλις τῆς Ἀχαΐας. Λυκόφρων. Δύμη τε Βουπρέοισιν ἡγεμὼν ὄχλου. λέγεται καὶ Δύμαι καὶ Δυμαῖαι (ubi malim emendare, λέγεται καὶ Δύμη καὶ Δύμαι.) ὅτι πρὸς δυσμαῖς τῆς Ἀχαΐας κεῖται, δύσμη τις οὖσα καὶ δύμη. ἢ ἀπὸ Δύμης ἡρωΐδος. Etiam Livius hoc numero urbis nomen protulit, ita enim ille lib. XXXII cap. XXI in oratione Ariſtheni: *Egregie enim Dymas priore bello ſumus tutati.* Et lib. XXXVIII cap. XXXIX. *Una ad coercendos inventa, haud magna memoratu res eſt: centum funditores ab Ægio & Patris & Dymis acciti.*

6 Τούτων ἀπέχουσι σταδίους ΡΚ.] An juſta & accurrata hæc ſit ſtadiorum dimenſio, facillime hinc cognoſcere potuiſſem, ſi præcedentia Apollodori verba non interiiſſent. Fortaſſis ſcribendum eſt: Ἠλείων ἀπέχουσι σταδίους ρκ'.

7 Ὁ πολίτης Δυμαῖος.] Stephanus uſu hujus vocis illuſtrium ſcriptorum auctoritate, Ephori, Pauſaniæ, Apollodori, Philiſti, Theopompi & Euphorionis, confirmato, ex Antimachi Thebaïde ſubjungit, etiam τὸ Δύμιος uſurpari. Duobus hiſce gentilibus ex Polybio tertium, ſcilicet τὸ Δυμαιεὺς addi poſſet, ita enim ille lib. IV cap. LX. Διὸ καὶ Τελτταιεῦσι καὶ Φαραιεῦσι καὶ Δυμαιεῦσιν, ὅτι μὲν ἰδίᾳ συνεστήσαντο μισθοφόρους, κατημέλ-

παμέλλοντος τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἡγεμόνος, οὐκ ἐγκλητέον. Verum metuo ne illo in loco menda lateat, ex repetitione diphthongi præcedentium vocabulorum orta, quam neque interpres neque alii commentatores ſubolfecere, ut plurimum de gentilibus parum ſolliciti. Non me fugit τοῦ Ἐθνικογράφου alibi canonem exhibere, ſecundum quem τὸ Δυμαιεὺς quodammodo defendi poſſet, ita enim ſcribit in Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες. Τρύφων δ' ἐν παρωνύμοις Ἀλαῖος τρισύλλαβον, καὶ Ἀλαιαῖος τετρασύλλαβον. καὶ ἀπὸ Ἀλαῖος Ἀλαιεὺς, Ληναῖος Ληναιεὺς, Κρηταῖος Κρηταιεύς. Eodem modo à Δυμαῖος formari poſſet Δυμαιεύς. Sed ſcias velim Polybium paſſim lib. II, IV & V. τὸ Δυμαῖος uſurpaſſe, & Stephanum noſtrum in Polybiana lectione tantopere verſatum fuiſſe, ut illud, ſi iſtam τοῦ ἐθνικοῦ formam codices repræſentaſſent, aut citaſſet aut refutaſſet: adeo ut non dubitem, quin in Polybio Δυμαίοις reſcribendum ſit, quo innumeris locis etiam Livius utitur.

8 Ἀνδρὶ Δυμαίῳ.] Integer Pauſaniæ locus ſic ſe habet: Οἰβώτᾳ τῷ ἀνδρὶ Δυμαίῳ, σταδίου μὲν ἀνελομένῳ νίκην ὀλυμπιάδι ἕκτῃ.

9 Δυμαίοις μὲν &c.] Hæc verba etiam in Pauſaniæ Achaicis reperiuntur, ſuntque à præcedentibus non longe remota.

10 Καὶ ἐν τῷ α.] Hic locus non eſt apud Pauſaniam libro I, neque etiam VII, ubi Achaia & in ea Dyme deſcribitur. Alios hujus auctoris libros evolvere, jam non vacat.

11 Καὶ Ἀπολλόδωρος, ἢ ὁ τὰ τούτου &c.] In MS erat η pro numeri nota poſitum. Hinc ſuſpicor olim ſcriptum fuiſſe: Καὶ Ἀπολλόδωρος η. ἢ ὁ τὰ τούτου ἐπιτεμνόμενος. Alterum η tanquam ſupervacaneum librarii rejecere. Tota hac ſectione aucto-

auctorum allegatorum libri numerus additur: & mox ſequetur: καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικῶν α.

12 Ἐπὶ τῆς ὀλυμπιάδος, καθ' ἣν ὁ Βοιώτας ἐνίκα στάδιον.] Non ita hæc concipiuntur in MS, ſed hoc modo: ἐπὶ τῆς ὀλυμπιάδος η Οἰβώτας ἐνίκα στάδιον. *Olympiade octava Oebotas vicit ſtadium.* Verum hæc varietas parum ad rem facit. Aliud quid huic Philiſti loco excidit, ſcilicet gentile Δυμαῖος, cujus uſum Stephanus ex illo rerum Sicularum ſcriptore probare intendit. Fortaſſis hæc verba ita ſunt conſtituenda. Ἐπὶ τῆς ὀλυμπιάδος ς, καθ' ἣν ὁ Οἰβώτας Δυμαῖος ἐνίκα στάδιον. Oebotam Dymæum fuiſſe, & olympiade VI viciſſe, ſatis evidenter liquet ex Pauſaniæ Achaicis, cujus verba jam ſupra in medium produximus.

13 Ἄθηνις.] In MS totus locus ita legebatur: Προεστῶτες δὲ τῆς πόλεως ἦσαν τῶν μὲν Συρακουσίων Ἄθανις καὶ Ἡρακλείδης. Fortaſſis fuit celebris ille hiſtoricus, qui res Siculas conſignavit, cujus Athenæus lib. III meminit. Ἄθανις ἐν πρώτῳ Σικελικῶν: & Diodorus Siculus libro XVI: Τῶν δὲ συγγραφέων Ἄθανις ὁ Συρακούσιος. Verum eſt, cum hic τοῦ Προεστῶτος munere fungi: ſed hoc non obſtat, illum quoque res Siculas memoriæ prodidiſſe.

14 Ἥτις ἔχεις κληῖδα &c.] In Membranis erat: ἥτις ἔχεις κληῖδας ἐπιζεφύρεσιο Δυμαίης. Hujus verſiculi ſenſus mihi videtur intricatiſſimus: eum fortaſſis illuſtrabo, ſi ſtatuam Euphorionem loqui de pago ſive urbe quadam (ubi quaſi agri Dymæi erant clauſtra) Scolli monti ſaxoſo vicina, per quem ex Arcadia, Magneſia & aliis Peloponneſi regionibus in agrum Dymæum iter fiebat. Hæc enim Scollis ob rupes & ſaxa ubique ſuperari non poterat; Dymæis, Tritæenſibus & Eleis erat communis, & monti Arcadiæ,

cui

SISMANOGLIO

cui Lampeja nomen, continua. Τὸ κλῇδα ſic ſumi poſſe pro clauſtris, liquet ex Philippi Demetrii filii ſermone, qui teſtante Pauſania in Achaicis, Corinthum, Chalcidem & Magneſiam Græciæ claves vocitabat. Sic Euripides in Medea, fauces Helleſponti τὸ Πόντου κλῇδα nuncupat: & ut unico verbo abſolvam, κλεῖδες dicuntur ὀχυρότητες καὶ τόποι φυλακτικοί. Porro τὸ Δυμαῖα non tantum de fœmina, ſed etiam agro urbi adjacente ſumi poſſe, evidenter liquet ex Polybio lib. II ſic ſcribente. Ὅτε καὶ Λυσιάδας ἔπεσε, τὸ δὲ τρίτον ὁλοσχερῶς ἔπταισαν ἐν τῇ Δυμαίᾳ περὶ τὸ καλούμενον Ἑκατόμβαιον. Et Strabone lib. VIII ubi ita inquit: ἔστι δὲ καὶ ποταμὸς ἐν τῇ Δυμαίᾳ μεταξὺ Δύμης καὶ Τριταίας, ὃς καλεῖται καὶ Καύκων θηλυκῶς. Ad vocem ἐπιζεφύριο quod attinet, illa rariſſima & non paſſim eſt obvia, videturque denotare, *quod ventis ab occaſu flantibus expoſitum eſt*; quo ſignificatu de Locris Epizephyriis Straboni libro VI uſurpatur: Μετὰ δὲ τὸ Ἡράκλειον ἄκρα τῆς Λοκρίδος, ἣ καλεῖται Ζεφύριον, ἔχουσα τοῖς ἑσπερίοις ἀνέμοις λιμένα, ἐξ οὗ καὶ τοὔνομα. εἶθ᾽ ἡ πόλις οἱ Λοκροὶ οἱ Ἐπιζεφύριοι &c. Qui in re obſcuriſſima aliam huic loco lucem attulerit, erit mihi magnus Apollo.

15 Διὰ τὸ πρὸς δύσιν ἐπιζέφυρον.] Locus mihi videtur mendoſus & hunc in modum reſtituendus: Διὰ τὸ πρὸς δύσιν ζέφυρον. Librarios ex similitudine & repetitione præcedentium vocabulorum graviſſimos committere errores, res eſt notiſſima. Hæc verba continent gloſſema præcedentium ex Euphorione citatorum: nam ideo τὸ Ἐπιζεφύροιο agro Dymæo attribuit, quia occidentalem Peloponneſi plagam obtinet, unde Zephyrus ſpirabat.

16 Ἀντίμαχος δὲ Καυκωνίδα φησὶν αὐτήν.] Hac

de re Strabonem ex Antimacho mentionem feciſſe, ſequenti commentario apparebit. Verum ipſa Antimachi verba nobis Lycophronis Scholiaſtes, leviter quidem corrupta, reſervavit, quæ ſic ſunt corrigenda. Καὶ Ἀντίμαχος ἐν Θηβαΐδι.

Ὡς ἐπαπειλήτην, ὥσπερ Καυκωνίδα Δύμην
Ἐπραθέτην παίδουσιν Ἐπείων ἀρχεύοντες.

Male in vulgatis hodie Κακωνίδα Δύμην legitur.

17 Ὡς Διρκαίας.] Cave hanc vocem accipias pro Græci ſcriptoris nomine, in quem errorem is facillime dilabi poſſet, qui veteris hiſtoriæ non eſt paullo callentior. Confidenter affirmo hunc locum eſſe mutilum, & nonnulla poſt iſtam vocem excidiſſe: verum illa lacuna optime Antimachi verbis implebitur, apud Strabonem libro VIII circa finem exſtantibus. Τοῦ δ᾽ Ἀντιμάχου Καυκωνίδα τὴν Δύμην εἰπόντος, οἱ μὲν ἐδέξαντο ἀπὸ τῶν Καυκώνων ἐπιθέτως εἰρῆσθαι αὐτό, μέχρι δεῦρο καθηκόντων, καθάπερ ἐπάνω προείπομεν. Οἱ δ᾽ ἀπὸ Καύκωνος ποταμοῦ τινος, ὡς αἱ Θῆβαι Διρκαῖαι, καὶ Ἀσωπίδες, Ἄργος δ᾽ Ἰνάχιον, Τροία δὲ Σιμουντίς. Hinc ſatis evidenter conſtat, Stephanum hanc de Dyma opinionem, quod priſcis temporibus Cauconis appellata fuerit, vel hauſiſſe ex ipſis Antimachi ſcriptis, vel, uti admodum veriſimile eſt ex loco Strabonis jam allegato, nobis clare indicante, hoc ulcus ita ſanari debere. Ἀντίμαχος δὲ Καυκωνίδα φησὶν αὐτὴν, ἀπὸ Καύκωνος ποταμοῦ, ὡς Διρκαίας τὰς Θήβας, ἔνιοι δὲ καὶ Ἀσωπίδας. Hanc lectionem eſſe veriſſimam, nemo, ut ſpero, in dubium vocabit. Thebæ Dircææ vocabantur à fonte urbi vicino, & Aſopides ab Aſopo amne, qui Thebani & Platæenſis agri fines interſecat.

18 Ἔνιοι δὲ καὶ Ἀσωπίδα.] Legendum eſſe Ἀσωπίδας, commentario præcedente ex verbis Geographi manifeſtiſſime demonſtravimus.

19 Καὶ τὴν Βουπρασίαν.] Hæc ſcriptura non eſt à Stephani manu profecta: ſine dubio reponendum eſt: καὶ τὸ Βουπράσιον. Græcis enim & Latinis ſcriptoribus iſtius urbis nomen genere neutro effertur.

20 Ἀέλσω τοῦ ποταμοῦ.] Et hæc fluminis appellatio non eſt vitii immunis, emendandum Λαρίσῳ ſive Λαρίσσῳ τοῦ ποταμοῦ: aliquando enim ſimplici, aliquando vero duplici S vox exaratur. Strabo lib. VIII: διαιρεῖ δὲ αὐτὴν ἀπὸ τῆς Ἠλείας καὶ τὸ Βουπράσιον ὁ Λάρισος ποταμὸς, ῥέων ἐξ ὄρους. Stephanum hæc ex Strabone deſumpſiſſe, facile mihi perſuadeo.

21 Βοιβησίμιος.] Hoc gentile neque à Βοίβη urbe Cretenſi, neque à Macedonica deducitur. Latet hic error tranſcriptorum, ſi quiſquam alius, plane graviſſimus, quem nemo niſi perditi cerebri ferre poſſet. Ex autographo Seguieriano diverſimode hanc vocem viri docti tranſcripſere, alii Βοιηκσίμιος, alii Βοιβηκσίμιος. Nos autem, quibus inſpiciendi iſtas membranas facultas non fuit, in hac adeo ancipiti vocis ſcriptura, nuperrime vulgatam lectionem repræſentamus, exiſtimantes totum locum ex conjectura fortaſſis hunc in modum corrigi debere: Λέγεται καὶ Δύμιος, ὡς Βοίβιος, Κώνιος. Scio Stephanum vel ejus Epitomatorem in voce Βοίβη nullam de hoc gentili mentionem facere, puto tamen exſtare in Ἀλύχμη, quem locum ſic emendavimns: Ἀλύμνη, πόλις μεγάλης Φρυγίας, ἐν ᾗ τιμᾶται Ἀλύμνιος Ἑρμῆς. τὸ ἐθνικὸν, ὡς τοῦ Βοίβη Βοίβιος, Ἀκτὴ Ἄκτιος, οὕτω καὶ Ἀλύμνιος. Alterum gentile, quod repoſuimus, ſuo loco in voce Κώνη reperitur. Sic imperiti librarii ex duobus gentilibus, eadem terminatione & forma gaudentibus, unicam conflarunt vocem, nihil omnino ad rem pertinentem.

22 Ἐν δέ συ τοῖσι μάλα πρόφρων &c.] Hi verſus profecto ſunt obſcuriſſimi: & cum non niſi pauciſſimæ Antimachi reliquiæ, nihil ad rem facientes, hic & alibi circumferuntur, & antecedentia ac ſubſequentia prorſus ſint incognita, difficillime quis verum ſenſum ex iis expiſcabitur: præſertim cum poëta communi dicendi genere non utatur, ſed vocibus à vulgari ſignificatu longe remotis, quod olim etiam Quintilianus lib. X cap. 1 hiſce verbis teſtificabatur: *Contra in Antimacho vis & gravitas, & minime vulgare loquendi genus habet laudem.* Ad τὸ ἐπίκουρος quod attinet, vulgo quidem *adjutorem* denotat, ſed talem hic deſiderat ſenſus, qui cum imperio aliis præeſt. Hunc ſignificatum colligere licet ex Heſychio: Ἐπίκουροι, βοηθοὶ, σύμμαχοι, ἐπίσκοποι: quæ ultima vox imperium quoddam & ſupereminentiam ſignificat. Τὸ ἐπίκουρος igitur, ut cum Livio loquar, eſt *dux auxiliaris*, ſive auxiliariæ cohortis præfectus. Noſtra hæc ſententia verbis Etymologici Magni Auctoris optime confirmabitur, ita enim ille: Ἐπίκουροι δὲ λέγονται, οἱ ἀπὸ ξένης χώρας σύμμαχοι τῶν πολεμούντων, καὶ βοηθοί. Σαρπηδὼν, ἐπίκουρος ἐστι τῶν Τρώων. οἱονεὶ, τῶν πολεμούντων βοηθός. Sic Sarpedo de ſe ipſo apud Homerum Iliad. E loquitur:

> Ἡμεῖς δ' αὖ μαχόμεσθ', οἵπερ τ' ἐπίκουροι ἔνειμεν.
>
> Καὶ γὰρ ἐγὼν ἐπίκουρος ἐὼν, μάλα τηλόθεν ἥκω.
> Τηλοῦ γὰρ Λυκίη Ξάνθῳ ἔπι δινήεντι.

Ad hunc locum ita ſcribit Euſtathius: Ἡμεῖς δὲ μαχόμεθα οἱ ἐπίκουροι. λέγει δὲ λαοὺς μὲν τοὺς ἐγχωρίους. Ἐπικούρους δὲ τοὺς ἐξ ἀλλοτρίας βοηθούς. ὧν καὶ αὐτὸς ὁ Σαρπηδών. Qualis inter auxiliares ad Trojam fuerit Sarpedo, notius eſt, quam quod hic doceri debeat. Callimachi Scholiaſta

ad Hymnum in Dianam τοὺς ἀμόρβους reddit ἀκολούθους, παρὰ τὸ ἅμα πορεύεσθαι. Etym. Mag. Auctor: Ἀμορβὸς σημαίνει δὲ τὸν ἀκόλουθον, ὁ ἅμα τινὶ ὁρμῶν. Hinc ſuſpicor ἀμόρβους denotare *milites, qui ex peregrina regione ducem in aliorum auxilium miſſum ſequebantur.* Antimachus igitur bellum Thebanum cantans, ducem quendam in Thebanorum auxilium miſſum, laudibus effert, ejus virtutem & prudentiam in occupanda Dyma ita deprædicans: *Inter hos tu quoque prudentiſſimum militum auxiliariorum ducem te geſſiſti, nam victoria potiti, nec fruſtra ad bellum profecti, urbem Dymiam diripuiſtis.* In qua conjectura ſi non erro, non adeo difficile erit Antimachi mentem percipere.

23 Ὠμιλήσαμε.] Et hæc lectio habet profecto, quod Græci dicunt, οὐδὲν ὑγιές. In ἀπογράφῳ inveni, ὡμιλήσαμες, unde ſuſpicor legendum, ὡμιλήσαμες.

24 Διεπέρσατε.] Alii ex MS exhibent: διαπέρσατε.

25 Δωύδασον, πόλις Καρίας.] De hac civitate Carica ita ſcribit Epitomator: Δωύδασον, πόλις Καρίας. τὸ ἐθνικὸν, Δωυδασεύς. Quemadmodum præcedenti ſectione omnem ſcriptorum auctoritatem flocci facit, ita nunc quoque Alexandri teſtimonium ex libro ſecundo de Caria, prorſus negligit. Præterea hoc obſervandum eſt, hanc vocem in ἀπογράφοις quæ videre licuit, ordinem alphabeticum non ſervare: nam in iis Dyndaſi deſcriptio poſt τὸ Δυρβαῖοι incipit. Fortaſſis pro Δωύδασον reſcribendum eſt Δωύδασα, uti probabiliter liquet ex gentili Πηγασεύς, quod deducitur à Πήγασα, ita enim in Epitome legimus: Πήδασα. πόλις Καρίας, καὶ Πηδασεύς τὸ ἐθνικόν. Δεῖ δὲ οὐ διὰ τοῦ δ γράφειν Πήδασα, ἀλλὰ διὰ

διὰ τοῦ γ Πήγασα. οἱ πολῖται Πηγασεῖς. Inter Caricas urbes plurimæ reperiuntur, ultimam ſyllabam in δα & σα terminantes: Ἀλάβανδα, Καρύανδα, Κάλυνδα, Κάνδασα, Ἄρπασα, Ὕδισσα &c.

26 Δυρβαῖοι.] Hanc de Dyrbæis ſectionem Hermolaus hoc modo in compendium redegit: Δυρβαῖοι, ἔθνος καθῆκον εἰς Βάκτρους, καὶ Ἰνδικήν. Κτησίας ἐν Περσικῶν δεκάτῃ. χώρα δὲ πρὸς αὐτὸν πρόσκειται. Δυρβαῖοι εὐδαίμονες ἄνδρες, καὶ πλούσιοι, καὶ δίκαιοι, οὔτ' ἀδικοῦντες, οὔτ' ἀποκτεννύοντες ἄνθρωπον. ἐὰν δ' εὕρωσιν ἐν τῇ ὁδῷ ἢ χρυσὸν, ἢ ἄλλό τι

* Hæc qui cum genuino Stephani de Dyrbæis loco contulerit, facillime animadvertet, quid diſtent æra lupinis.

27 Κτησίας ἐν Περσικῶν δεκάτῃ.] Hoc Cteſiæ fragmentum poſt Herodotum ab Henrico Stephano editum eſt, ſed mancum & mutilum. Hinc multo auctius atque emendatius tranſcribi poſſet.

28 Χώρα δὲ πρὸς αὐτὸν πρόσκειται.] Non puto hæc ſatis ſana eſſe: fortaſſis emendandum eſt: χώρα δὲ πρὸς νότον πρόσκειται. Nam Dyrbæorum regio verſus auſtrum ſita eſt, & omnibus Bactrianæ populis auſtraliores.

29 Καζαπείνοντες.] Alii ex MS tranſcripſere: καζαπείναντες.

30 Οὔτε ἀποκτείνουσι.] Retinui lectionem vulgatam, ſed olim non ita exaravit Stephanus: hoc ex ipſa epitome ſatis evincitur: præterea ἀπογράφον unum & alterum mihi exhibuere, οὔτε ἀποκτεννύουσιν. Hæc vox cum ſit ſana & nitida, mutari minime debet. Antoninus Liberalis, quem nuperrime emendavimus, eadem utitur Fab. XXII. Ὁ δὲ Κύκνος ἕτερον ἆθλον ἐπέταττεν ἀτοπώτερον. ἐγένοντο γὰρ ἐν τῇ γῇ ταύτῃ γῦπες, ὑπερφυεῖς

φυὲς τι ἐστὶ μέγα χρῆμα, καὶ πολλοὺς ἀπεκλίννυον ἀνθρώπους.

31 Ἀποκινήσωσιν αὐτό.] Membranæ Seguierianæ: ἀποκινήσωσιν οὕτως.

32 Οὔπε νομίζουσι.] Hæc vox ſuſpecta eſt, nihil enim in ſacrificiis denotat: niſi longius à vulgata lectione recederet, reponerem: οὔπε θύουσι. Verum malo antiquam lectionem retinere, quam abſque MSS codicum fide aliquid immutare. Dyrbæi ſic vitam ex juſti rectique norma inſtituebant, ut nullis legibus, niſi in ſacris & religioſis ceremoniis, coercerentur.

33 Ἄλφιτα δὲ ποιοῦσι λεπτότερα.] Non male vertitur *Polentam* ex auctoritate Caſauboni ad lib. XIV Athenæi, ubi refert Græcos, cum ἄλφιτα dicunt, *Polentam* intelligere. Hujus *Polentæ* meminit ipſe Athenæus lib. III cap. XXIX ex Archeſtrato helluone poëta. Cujus conficiendæ modum optime docet Plinius lib. XVIII cap. VII. *Polentam quoque Græci non aliunde præferunt, pluribus fit hæc modis: Græci perfuſum aqua hordeum ſiccant nocte una, ac poſtero die frigunt: deinde molis frangunt: ſunt qui vehementius toſtum rurſus exigua aqua aſpergant, ſiccentque prius quam molant. &c.* Ex quo Plinii loco, additis Ovidii ex V Metam. verſibus.

---- (*Lymphamque roganti*
Dulce dedit, toſta quod coxerat ante polenta.
Dum bibit illa datum. ----

Et mox:

---- *Nec adhuc epota parte loquentem*
Cum liquido miſta perfudit diva polenta.)

Suſpicari licet τὸ λεπτότερα, quo utitur noſter ex Cteſia, non incommode poſſe verti *cum maxime ſorbilem*, qualem & Galli hodieque amant.

34 Καὶ ἐσθίουσι καρπούς.] Herbis & fructibus veſcentes Græcis unico vocabulo Βοτανοβιῶται appellantur, & tales inter antiquos non duntaxat Dyrbæi, de quibus nunc Stephanus ex Cteſia, ſed etiam Pythagoricæ ſectæ initiati fuere. Lippis & tonſoribus notum eſt; illud hominum genus rebus inanimatis, herbis & oluſculis vitam ſuſtinuiſſe, qua de cauſa ἀπνοβιῶται, & etiam βοτανοβιῶται nuncupabantur. Ultima vox profligatiſſime corrupta occurrit apud Hieronymum in præfatione commentariorum in Epiſt. ad Galatas. *Quod nequaquam intelligens BATANÆOTES & ſceleratus ille Porphyrius in primo operis ſui adverſum nos libro: Petrum à Paulo objecit eſſe reprehenſum, quod non recto pede incederet ad euangelizandum, volens & illi maculam erroris inurere &c.* Certum eſt, Lucam Holſtenium virum eruditiſſimum in hujus quæſtionis ſolutionem, quid ſcil. illa voce intelligi debeat, caput integrum impendiſſe, ſub cujus finem ita ſcribit: *Et ſane magno me beneficio ſibi habebit devinctum, qui in re obſcura rectam aliquam lucem extulerit.* Tanaquillus Faber vir rariſſimæ eruditionis & confidentiæ, ſperans ſe hac in re Holſtenio gratificaturum, reſcripſit BOTANIOTES, ſive BOTANIATES. Verum ut mihi videtur, rem acu non tetigit, imo dum vocem emendare nititur, eam deteriorem atque obſcuriorem reddidit: nam harum vocum ſignificationem nec à veteribus nec à recentioribus addiſcere potui. Sine dubio legendum eſt apud Hieronymum: *Quod nequaquam intelligens BOTANOBIOTES & ſceleratus ille Porphyrius &c.* Nos ſtatuimus illam vocem denotare hominem, qui oluſculis & herbis vivit, iiſque latrantem ſtomachum lenire ſolet: nam cum Porphyrius ſectæ

Pythagoreorum eſſet addictiſſimus, inter quos hic mos obtinebat, accommodatiori vocabulo hæc ſecta & acerrimus ejus ſectator exagitari ab Hieronymo non potuit.

35 Δυῤῥάχιον, πόλις Ἰλλυρική.] Hanc de Dyrrachio ὁ τῶν Ἐθνικῶν ἐκθέτης epitomen conſarcinavit. Δυῤῥάχιον, πόλις Ἰλλυρικὴ, Ἐπίδαμνος κληθεῖσα, ἀπὸ Ἐπιδάμνου. τούτου θυγάτηρ Μέλισσα, ἧς καὶ τοῦ Ποσειδῶνος, Δυῤῥάχιος. σο* ἀφ' ἧς τόπος Μελισσώνιος, ἔνθα Ποσειδῶν αὐτῇ συνῆλθεν. Ἀλέξανδρος δ' ἐν Εὐρώπῃ, Δυσῤῥάχιον αὐτὴν καλεῖ, μετὰ τοῦ σ.

Δυσῤῥαχίου τ' Ἐπίδαμνος ἐπ' ἀγχιάλου χθονὸς ἀκτῆς.

Ἔστι καὶ ἄλλη Λακωνικὴ μία τῶν ἑκατόν. καὶ ἡ χώρα τῆς Ἰλλυρίας, Δυσῤῥαχία, ἧς τὸ ἀρσενικὸν, Δυσῤῥάχιος. νῦν δὲ Δυῤῥαχηνοὶ λέγονται, ὡς Ἑρέννιος Φίλων ἐν τοῖς Ἰατρικοῖς, Φιλωνίδης δὲ ὁ Δυῤῥαχηνὸς, ἤκουσε μὲν Ἀσκληπιάδου, ἰατρεύσας ἐν τῇ πατρίδι ἐνδόξως, συνετάξατο βιβλία με. Obiter in hac epitome animadvertendum, Palatinos codices, ut & chartaceum Voſſianum lacunam ſupra notatam non agnoſcere. Præterea in Voſſiano legitur: Καὶ ἡ χώρα τῆς Ἰλλυρίας, Δυῤῥαχία: non Δυσῤῥαχία ut in vulgatis hujus epitomes conſpicitur: ſed vulgata lectio hoc loco eſt præferenda. Facili negotio poſſem nunc Dyrrhachii deſcriptionem exhibere, ſed quia incomparabilis J. Voſſius in Obſervationibus ſuis ad Pomp. Melam, ſatis perſpicue ejus ſitum indicavit, & eruditiſſimus Jacobus Palmerius in Illyrici deſcriptione, brevi lucem publicam viſura, præter ſitum, etiam urbis conditores & memorabilia fuſius commemoravit, huic labori parcere animum meum induxi.

36 Ἐπίδαμνος κληθεῖσα ἀπὸ Ἐπιδάμνου.] Appianus Alexand. lib. II Civil. perhibet, regem quen-

quendam barbarorum Epidamnum dictum, urbi nomen feciſſe. Conſtantinus Porphyrogenneta lib. II Themate IX, totum Stephani locum ferme tranſcribens, illud nominis etiam à priſco heroë Epidamno deducit. Δυῤῥάχιον πόλις Ἑλληνικὴ, καὶ Ἐπίδαμνος κληθεῖσα ἀπὸ Ἐπιδάμνου τοῦ ἀρχαίου ἥρωος, τούτου θυγάτηρ Μέλισσα, ἧς καὶ τοῦ Ποσειδῶνος, ὁ Δυῤῥάχιος. ἀφ' ἧς τόπος ἐν Ἐπιδάμνῳ Μελισσώνιος, ἔνθα Ποσειδῶν αὐτῇ συνῆλθε. Verum Romani eo coloniam ducentes, Dyrrhachium dicere maluerunt, propter ominoſum & inauſpicatum nomen Epidamni. Pomponius Mela lib. II cap. III: *Urbium prima eſt Oricum, ſecunda Dyrrhachium, Epidamnos ante erat. Romani nomen mutavere, quia velut in damnum ituris, omen id viſum eſt.* Vide quoque Plinium lib. III cap. XXIII. Sed non poſſim, quin jucundiſſima Plauti ſuper hac re verba in medium producam, ita enim ille in Menæchmis Act. II. Scen. I.

Nam ita eſt hac hominum natio Epidamnia,
Voluptarii atque potatores maxumi:
Tum ſycophantæ & palpatores plurimi
In urbe hac habitant: tum meretrices mulieres
Nuſquam perhibentur blandiores gntium.
Propterea huic urbi nomen Epidamno inditum eſt,
Quia nemo ferme huc ſine damno divortitur
ME. Ego iſtuc cavebo: cedo dum mihi huc marſupium.
MES. Quid eo vis? ME. Jam abs te metuo de verbis tuis.
MES. Quid metuis? ME. Ne mihi damnum in Epidamno duis.

37 Τούτου θυγάτηρ Μέλισσα] De hujus patre inter

inter mythologos non convenit. Vide Apollod. lib. II: & Pauſan. in Corinthiacis.

38 Μετὰ δὲ τὸν Ῥιζονικὸν Λίσσος ἐστί.] Mutilus eſt hic locus, & ſic emendandus: Μετὰ δὲ τὸν Ῥιζονικὸν κόλπον Λίσσος ἐστι. Eandem lacunam in verbis Conſtantini Porphyrogennetæ obſervavi loco jam ſupra allegato. Hanc emendationem non poſſe in dubium vocari, manifeſte evincam verbis Geographi, lib. VII: Μετὰ δὲ τὸν Ῥιζονικὸν κόλπον Λίσσος ἐστὶ πόλις καὶ Ἀκρόλισσος, καὶ Ἐπίδαμνος Κερκυραίων κτίσμα, ἡ νῦν Δυρράχιον, ὁμωνύμως τῇ χερρονήσῳ λεγομένη, ἐφ᾽ ἧς ἵδρυται. Hæc verbotenus Philo ex Strabone hauſit.

39 Κερκυραίων κτίσμα.] Vide Scumnum Chium, Strabonem, App. Alexand. & alios.

40 Πρότερον.] In apographo, quod ex Segujerianis membranis erat tranſcriptum, τὸ πρότερον non inveni. Senſus ſatis clarus & perſpicuus eſt, etiamſi hæc vox deleatur: imo hinc exſtirpandam eſſe, proxime allegata Strabonis verba, & Conſtantini Porphyrogennetæ locus, ubi etiam non agnoſcitur, ſatis probant.

41 Ὡς Φίλων.] Fuit hic Philo Byblius, qui ſub Imperat. Trajano vixit. Libros XXX de Urbibus & de viris in iis eruditione illuſtribus conſignavit, uti Suidas auctor eſt. Hujus hiſtorici opera, uti Etymologici Magni Auctor in voce Βουκέφας perhibet, à quodam Ælio Sereno in compendium redacta fuere: Οὕτω καὶ Σερῆνος ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Φίλωνος περὶ πόλεων.

42 Δέξιππος δὲ ἐν Χρονικῶν ι'.] Eundem Dexippi locum ex Chronicorum decimo producit Conſtant Porphyrogenneta, loco jam aliquoties citato: ſed corruptiſſime ibidem χερρονικοῖς δεκάτῳ legitur, pro Χρονικῶν δεκάτῳ.

43 Πόλιν τῆς Μακεδονίας.] Tam late aliquando Geographi Macedoniæ fines extendebant, ut Dyrrhachium pro urbe Macedonica acciperent. Ptolemæus lib. III cap. XIII. Ἡ Μακεδονία περιορίζεται, ἀπὸ μὲν ἄρκτων ταῖς ἐκτεθειμέναις πλευραῖς, Δαλματίας καὶ Μυσίας τῆς ἄνω, καὶ Θρᾴκης. Ἀπὸ δὲ δυσμῶν τῷ Ἰονίῳ πελάγει, τῷ ἀπὸ Δυρραχίου, ἤτοι Ἐπιδάμνου, μέχρι Κελύδνου ποταμοῦ κατὰ περιγραφὴν τοιαύτην. Ita hic locus eſt emendandus, qui in vulgatis peſſime depravatus circumfertur.

44 Μετὰ τοῦ σ Δυσράχιον αὐτὴν καλεῖ.] In Antigrapho & in Hermolai epitome inverſo ordine hæc legebantur: Ἀλέξανδρος δὲ ἐν Εὐρώπῃ Δυσράχιον αὐτὴν καλεῖ μετὰ τοῦ σ. Euſtathius, in commentariis ad Dionyſium de Situ Orbis, nominis etymologiam inde deducit, ita enim ille pag. 56. Περὶ ἃ (Scil. Κεραύνια ὄρη) κεῖται καὶ ἡ τῆς νέας Ἠπείρου μητρόπολις, ἡ ποτὲ καλουμένη Ἐπίδαμνος, ἤτοι τὸ Δυρράχιον. δηλοῦν ἐκ τῆς τοιαύτης κλήσεως τὴν τοῦ τόπου τραχύτητα. δυσράχιον γάρ ἐστιν, ὅ ἐστι δυσέξοχον. τρέψαν δὲ τὸ σ εἰς ρ, εὐφωνότερον καλεῖται Δυρράχιον. καθὰ καὶ τὸ Τυρσηνὸς, Τυρρηνὸς &c. Vide hac de re etiam locum nobiliſſimum apud Dionem Nicæum lib. XLI.

45 Καὶ δῆλον, ὅτι Δυρράχιος τὸ τούτου ἀρσενικόν.] Non poſſum hanc ſcripturam prorſus rejicere, cum etiam Epitomator eam agnoverit: mallem tamen locum, ſi mei arbitrii res foret, ſic conſtituere: Καὶ δῆλον, ὅτι Δυρράχιος τὸ τούτου ἐθνικόν. Nam de gentili toto hoc capite nullam reperies mentionem. Niſi malis ante hæc verba, λέγεται καὶ ἡ χώρα &c. lacunam notare, totum & locum ſic conſtituere: Ἔστι καὶ ἄλλη τις Λακωνικὴ μία τῶν ρ'. τὸ ἐθνικὸν, Δυρράχιος, καὶ Δυρραχία. λέγεται δὲ καὶ ἡ χώρα &c. Goltzius nummum exhibet cum inſcriptione: ΔΥΡΡΑΧΙΩΝ.

46 Ὡς τοῦ Ἀνάκτορον τὸ Ἀνακτόριος.] Repono confi-

confidenter: ὡς τοῦ Ἀνακβέλον Ἀνακβέλος. Videbis obſervationes noſtras ad illam vocem, & de emendatione eris certiſſimus.

47 Κύελον Κύελος.] Miror iſthoc loco τὸ ἐθνικὸν Κύελος non recenſeri ab Epitomatore, ita enim ille: Κύελον, πόλις Κύπρου &c. Τὸ ἐθνικὸν, Κυελεύς. καὶ Ἀριστοκλῆς Κυελεὺς ἦν. τὸ θηλυκὸν Κυελαὶς, καὶ ἡ χώρα. Sed mirari deſino, cum ſæpiſſime contingat, Stephanum gentilia in medium producere, de quibus ſuo loco ne γρῦ quidem exſtat. Huic non diſſimile exemplum legere licet commentario hujus Fragmenti 21.

48 Ἐχόμενοι οἰκοῦσι Ταυλάντιοι.] Senſus magis erit perſpicuus, ſi legas: ταύτης (Scil. χώρας) ἐχόμενοι οἰκοῦσι Ταυλάντιοι. Sic enim geographi loqui amant: Scylax Caryandenſis capite Ἐγχελεῖς. Ἰλλυριῶν ἔθνος εἰσὶν οἱ Ἐγχελεῖς, ἐχόμενοι τοῦ Ῥίζονος.

49 Ποταμοὶ δὲ Δρίλων καὶ Λάος.] Monſtrum lectionis in hiſce verbis latere, qui non videt, illum ἀλαοσκοπίη ἔχει maxima: nam Laus fluvius à geographicarum rerum peritis non in Illyrico, ſed in Lucania ponitur. Strabo circa initium lib. VI: Μετὰ δὲ Πυξοῦντα, Λάος κόλπος, καὶ ποταμὸς Λάος, καὶ πόλις ἐσχάτη τῶν Λευκανίδων. Stephani Epitomator: Λάος, πόλις Λευκανίας. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ γῆς δευτέρῳ. ἀπὸ Λάου ποταμοῦ. Ex duobus iſtis locis ſatis liquet, illud fluminis nomen non eſſe ſanum: locum ita conſtituo: Ποταμοὶ δὲ Δρίλων καὶ Ἀῶος. Non teram tempus in aſſerenda hac lectione, tantum Strabonis verba apponam, quæ id evincunt manifeſtiſſime; hæc enim ſequuntur proxime poſt illa commentario 31. allegata. Εἶθ' ὁ Ἄψος ποταμὸς, καὶ Ἀῶος, ἐφ' ᾧ Ἀπολλωνία. In præcedentibus Strabo de Drilone fluvio, ſinu Rhizonico, Liſſo, Acroliſſo & de

de Dyrrachio ſive Epidamno mentionem fecerat. Hujus Ἀῶου nomen in plus quam decem ſcriptoribus profligatiſſime corruptum inveni, ſed quia doctiſſimus Palmerius in Græciæ antiquæ deſcriptione, omnes ferme emendavit, huic labori ſuperſedere non inconſultum videbitur.

50 Περὶ οὓς οἱ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας τάφοι δείκνυνται.] In ipſo membranarum contextu hæc verba non leguntur, ſed in inferiore MS pagina; & in margine hæc conſpiciuntur: Περὶ τοῦ ποταμοῦ τούτου, quod loco compendiariæ ſcripturæ repoſitum erat. Locus ubi Cadmi & Harmoniæ monumentum fuit, proprio nomine appellabatur *Cylices*, ita enim Athenæus lib. XI: Πολλοῖς δὲ μὲν ὁ ἐν Ἰλλυριοῖς τόπος διαβόητος ἐστιν ὁ καλούμενος Κύλικες, παρ' ᾧ ἐστι τὸ Κάδμου καὶ Ἁρμονίης μνημεῖον. De horum tumulo etiam legimus apud Apoll. Rhod. lib. IV: Dionyſium de ſitu orbis, & alios quam plurimos.

51 Νῦν Δυῤῥαχηνοὶ λέγονται.] Latino ore non *Dyrrhacheni*, ſed *Dyrrhachini* appellantur. Cæſar de Bell. Civ. lib. III. *Re frumentaria præparata; corfirmatiſque militibus, & ſatis longo ſpatio temporis à DYRRHACHINIS prœliis intermiſſo &c.*

52 Βάλαγρος ἐν Μακεδονικοῖς.] Idem ſcriptor Stephano citatur in vocabulis Ἄμαλβος & Ὄλβηλος. Vide præterea Voſſium de Hiſtoricis Græcis.

53 Ἐρέννιος Φίλων ἐν τοῖς Γαλατικοῖς.] Non intelligo hic Philonem Byblium, qui Trajani tempore vixit, cujuſque in præcedentibus meminit Stephanus noſter, ſed Philonem Tarſenſem Medicum vetuſtiſſimum, qui à Galeno ſimpliciter Philo appellatur. Herennii Philonis etiam in

 voce

SISMANOGLIO

voce Κύρτος memoria reperitur, ita enim Stephanus: Κύρτος, πόλις Αἰγύπτου ἐν τῇ μεσογείᾳ. ἐκ ταύτης Διονύσιος ἦν διάσημος ἰατρὸς, ἀπὸ τοῦ πατρὸς, οὐκ ἀπὸ τοῦ σώματος κυρτὸς ὀνομαζόμενος, οὗ μέμνηται Ἑρέννιος Φίλων ἐν τῷ περὶ ἰατρικῶν.

54 Ἔχε.] Legendum εἶχε.

55 Λέγει δὲ Παυσανίας ή.] Verba Pauſaniæ non ſunt libro VIII, ſed libro VI, ſive Eliacis poſterioribus. Scribendum igitur apud noſtrum: λέγει δὲ Παυσανίας ϛ.

56 Ἐπιδάμνιοι μὲν χώραν ἣν περ καὶ ἐξαρχῆς.] Hæc parumper differunt à vulgatis Pauſaniæ, in quibus excuſum eſt: Ἐπιδάμνιοι δὲ χώραν μὲν ἣν περ καὶ ἐξαρχῆς &c.

57 Ἐκείνης δ' ἀφεστηκυῖαν ὀλίγον.] Ita reſcripſimus ex Pauſaniæ editis: male enim in membranis Segujerianis legebatur ἀφεσηκυῖαν. Mirum profecto non eſt, urbem hanc antiquæ ſedis terminos mutaſſe, cum Diodorus Siculus lib. XII tradat, Barbaros eam atrociſſimis bellis atque obſidione vexaſſe. Veſtigia paullulum mutati ſitus etiam exſtabant ætate Alexii Comneni: nam Robertus Dyrrachium obſidione cingens, intra ruinas murorum urbis vetuſtæ tentoria figebat, uti commemorat Anna Comnena lib. III Alexiadum hiſce verbis: Καὶ δὴ ἐντὸς τῶν ἐρειπωθέντων τειχῶν τῆς πάλαι καλουμένης πόλεως Ἐπιδάμνου καλύβας ἐπήγνυτο.

58 Ὄνομα δὲ τῇ πόλει Δυρράχιον.] Lego ex Pauſania: Ὄνομα δὲ τῇ πόλει τῇ νῦν Δυρράχιον.

59 Δυσπόντιον, πόλις Πισαίας.] Epitomator de Dyſpontio hæc nobis reliquit: Δυσπόντιον, πόλις Πισαίας ἀπὸ Δυσποντίου τοῦ Πέλοπος. τὸ ἐθνικὸν, Δυσποντιεύς. ἔδει δὲ Δυσποντιεύς.

60 Ἀπὸ Δυσποντίου.] Non cenſeo hujus herois nomen vitii eſſe immune: videtur enim penultima

tima

tima redundare litera, lego, ἀπὸ Δυσπόντου. In fine hujus tmematis ex Tryphonis Denominativis hæc allegantur: ἐλέγοντο γὰρ Δυσποντεῖς παρὰ τὸν Πέλοπος υἱὸν Δύσποντον. Noſtram conjecturam eſſe certiſſimam, mox aliunde petitis in hanc rem teſtimoniis oſtendemus. Verum à Pauſania lib. VI urbis conditor Δυσποντεύς appellatur, iſque non Pelopis, ſed Oenomai filius, ſtatuitur, hæc ſunt ejus verba: Συναπέστησαν δὲ σφίσιν ἀπὸ Ἠλείων Μακίστιοι καὶ Σκιλλούντιοι. οὗτοι μὲν ἐκ τῆς Τριφυλίας. τῶν δὲ ἄλλων περιοίκων Δυσπόντιοι. τούτοις καὶ μάλιστα ἐς τοὺς Πισαίους οἰκεῖα ἦν, καὶ οἰκιστὴν Δυσποντίοις γενεάρχην σφίσιν Οἰνομάου παῖδα ἐμνημόνευον. Oenomaum potentiſſimum Piſæorum principem fuiſſe, in cujus regnum ſuccedebat Pelops, etiam Strabo lib. VIII perhibet, nullam omnino de affinitate hos inter mentionem faciens.

61 Παρὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐξ Ἤλιδος εἰς Ὀλυμπίαν.] Dyſpontii ſitus eodem prorſus modo à Strabone libro jam citato deſcribitur, ubi commemorat octo olim in Piſatide urbes exſtitiſſe, inter quas etiam Dyſpontium: Αὕτη δέ ἐστι καὶ τὸ Κυκήσιον τῶν ὀκτώ. καὶ τὸ Δυσπόντιον κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐξ Ἤλιδος εἰς Ὀλυμπίαν, ἐν πεδίῳ κείμενον.

62 Νικήσας ἐν ὀλυμπιάδι.] Lectio non videtur ſana: fortaſſis corrigendum: νικήσας ἐν ὀλυμπίοις.

63 Ἐκ Δυσποντίου.] Gentile nomen cum non ſit in uſu, uti hoc exemplo apparet, ejus loco præpoſitio cum genitivo adhibetur. Hujus rei canonem habemus in voce Βάτη, ubi ſic ſcribit Epitomator Stephani: Τὸ ἐθνικὸν ἐπιρρηματικῶς, Βατῆθεν, οὐ γὰρ δεῖ ἐν πᾶσι τὸ ἐθνικὸν ζητεῖν, ἀλλ' ἢ τῷ ἐπιρρηματικῷ χρῆσθαι, ὡς ἐπὶ τῶν δήμων. ἢ τῇ γενικῇ μετὰ προθέσεως, ἢ τῷ ἀναλόγῳ, ἢ τῷ συνήθει

τῆς χώ-

τῆς χώρας. Huic materiæ diutius inhærere jam non lubet, quia alibi fuſius eam pertractavimus.

64 Δάιππος Κροτωνιάτης.] In membranis bibliothecæ Seguierianæ legebatur: Δά-ϊππος Κροτωνιάτης, quemadmodum antigraphum mihi fidem fecit.

65 Ἐλέγοντο γὰρ Δυσποντεῖς παρὰ τὸν Πέλοπος υἱὸν Δύσποντον.] Statuit igitur hoc Tryphonis canone Stephanus, τὸ Δυσποντεύς, ſive plurale Δυσποντεῖς, non formari ἀπὸ τοῦ Δυσποντίου, quod eſt urbis nomen, ſed ἀπὸ τοῦ Δυσπόντου, qua appellatione Pelopis filius inſignitur. Noſter huic non diſſimilem ex Abronis Denominativis canonem citavit in vocabulo Αἴλια, ubi ſic ait: Παρὰ μίαν γὰρ συλλαβὴν εὑρίσκεται τὰ τοιαῦτα. ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἀντιοχείας, τὸ Ἀντιοχεύς. ἀλλ' οὐδὲ ἀπὸ τούτων γίνεται τὰ εἰς ευς ἀρσενικά, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν εἰς ος. ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἀντίοχος τὸ Ἀντιοχεύς, καὶ τοῦ Σελευκὸς τὸ Σελευκεύς, ὡς Ἄβρων περὶ παρωνύμων. In voce Ἀλεξάνδρεια eundem quoque innuit canonem hiſce verbis: Τὸ ἐθνικὸν, Ἀλεξανδρεύς, ἐκ τοῦ Ἀλεξάνδρου κτητικῆς. Eadem prorſus ratione τὸ ἐθνικὸν hoc in loco non derivat noſter ex Tryphonis ſententia ἀπὸ τοῦ Δυσποντίου, ſed ἀπὸ τῆς κτητικῆς τοῦ Δυσπόντου. Vide commentarios noſtros ad voces Αἴλια & Ἀλεξάνδρεια, & omnia intellectu erunt facillima. Hinc præterea luce meridiana clarius apparet, filium Pelopis, à quo urbi nomen eſt inditum, non Dyſpontium, ſed Dyſpontum nuncupatum fuiſſe, quemadmodum ſupra comment. 60 ex conjectura emendavimus. Verum & hoc obiter obſervandum venit, alios gentile nomen feciſſe ΔΥΣΠΟΝΤΙΟΣ, quod ſatis evidenter liquet ex loco Pauſaniæ jam ſupra in medium adducto.

66 Δύστος, πόλις, Εὐβοίας.] Epitomator in deſcri-

ſcri-

ſcriptione hujus oppidi duntaxat Theopompi verba prætermiſit: Δύστος, πόλις Εὐβοίας. Θεόπομπος ἐν Φιλιππικῶν εἰκοστῇ πεμπτῇ. τὸ ἐθνικὸν, Δύστιος. Hujus civitatis nomen, ne dicam de ſitu, apud alios ſcriptores non occurrit.

67 Δωδώνη, πόλις τῆς Μολοσσίδος ἐν Ἠπείρῳ.] Hanc Dodonæ deſcriptionem condidit Hermolaus tam ſterilem, & tam paucis antiquorum teſtimoniis fultam, ut decimam ejus partem vix exhibuerit, ita enim ille: Δωδώνη, πόλις τῆς Μολοσσίδος ἐν Ἠπείρῳ, μεθ' ἣν Δωδωναῖος Ζεύς. καὶ

Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου. ----

Φιλόξενος δὲ δύο φησὶ, Θεσπρωτικὴν καὶ Θετταλικὴν ἱκανῶς. τὸν δὲ Δωδωναῖον, ἔλεγον Καιναῖον. (In genuino Fragmento legitur, καὶ ναῖον: ſed ſcribendum eſſe καὶ Βωδωναῖον, deinde probabimus.) Ζηνόδοτος δὲ γράφει γωναῖον. (Corrigo, Φηγωναῖον.) ἐπεὶ ἐν Δωδώνῃ πρῶτον φηγὸς ἐμαντεύετο. Ἄλλοι δὲ γράφουσι Βωδωναῖε. πόλιν γὰρ εἶναι Βωδώνων (lego, Βωδώνην) ὅπου τιμᾶται. εἴρηται ἀπὸ Δωδώνης μιᾶς τῶν Ὠκεανίδων νυμφῶν. ἢ ἀπὸ Δωδώνου τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης. ἢ ἀπὸ Δῶνος (Reponendum Δωδῶνος) ποταμοῦ. λέγεται δὲ καὶ Δωδὼν, ἧς τὸ ἐθνικὸν οὐχ εὕρηται. σχηματίζεται δὲ Δωδώνιος. τὸ δὲ θηλυκὸν, Δωδωνίς. ἔστι δὲ καὶ παροιμία, Δωδωναῖον χαλκεῖον, ἐπὶ τῶν πολλὰ λαλούντων. ἢ ὅτι τὸ χαλκεῖον πληττόμενον ἤχει ὑπὸ μάστιγος, ἢ ὅτι τῇ βίᾳ τῶν ἀνέμων ἤχει, ἀφ' οὗ ἡ παροιμία.

68 Καθ' ἣν.] Epitome exhibet: μεθ' ἣν.

69 Δωδώνης μεδέων.] In Epitome legitur, καὶ Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου. Eſt pars verſus Homerici ex Iliade Π deſumpti. Ita hic quoque legendum eſſe, non eſt improbabile.

70 Φιλόξενος.] Puto hic celeberrimum illum grammaticum debere intelligi, cujus teſtimonio Etymologici Magni Auctor, plus quam

centum

centum in locis utitur, licet nuſquam commentariorum in Homeri Odyſſeam meminerit.

71 Οὕτως.] Pro ὕτως in Epitome κακῶς exaratum eſt, quod longe præfero: nam jure meritoque Philoxeni ſententia à Stephano tanquam falſa damnatur atque rejicitur, quia nemo è veteribus geminam Dodonam, alteram Theſſalicam, alteram Theſproticam ſtatuerit. Si Dodona alibi Theſſalica, alibi vero Theſprotica appelletur, hoc ita accipiendum eſt, quod nunc hi, nunc illi eam ſui juris ſive ditionis fecerint. Omne dubium ſolvit locus Strabonis, qui lib. VI legitur: Ἡ Δωδώνη τοίνυν τὸ μὲν παλαιὸν ὑπὸ Θεσπρωτοῖς ἦν, καὶ τὸ ὄρος ἡ ὁ Τμάρος, ἀμφοτέρως γὰρ λέγεται), ὑφ' ᾧ κεῖται τὸ ἱερόν. καὶ οἱ τραγικοί τε, καὶ Πίνδαρος Θεσπρωτίδα εἰρήκασι τὴν Δωδώνην. ὕστερον δὲ ὑπὸ Μολοττοῖς ἐλέγετο. Hinc liquet clariſſime, antiquitus indifferenter Donanam Theſprotis & Molottis adſcriptam fuiſſe. Locus etiam egregius, noſtram hanc opinionem confirmans, legitur apud Æſchylum in Prometheo Vincto hiſce verbis:

Ἐπεὶ γὰρ ἦλθες πρὸς Μολοσσὰ δάπεδα,
Τὴν αἰπύνωτόν τ' ἀμφὶ Δωδώνην, ἵνα
Μαντεῖα θῶκός τ' ἐστὶ Θεσπρωτοῦ Διὸς,
Τέρας τ' ἄπιστον, αἱ προσήγοροι δρύες.

Plura in hanc rem è veterum monumentis teſtimonia peti poſſent, ſed nemo, ut ſpero, maniſeſtiſſimam veritatem rejiciet.

72 Ἐν ᾗ τὸ μαντεῖον ἐκ τῆς δρυός.] Vox μαντεῖον non erat in membranis Seguierianis, locus ibi hunc in modum conſpicitur: ἐν ᾗ τομε * ον. Unde conjicio, fortaſſis legendum eſſe: ἐν ᾗ ἐμαντεύετο ἐκ τῆς δρυός. Sic mox ſequetur: ἐπεὶ ἐν Δωδώνῃ πρῶτον φηγὸς ἐμαντεύετο. Sed parum refert, quocunque modo legatur.

73 Τὸ

73 Τὸ ἀμφὶ Σέλλοις.] Eſt locus Homeri ex Iliade Π. De Sellis ſuo loco ad Stephani Epitomen dicturi ſumus.

74 Χαμαιεῦνοι.] Lego, χαμαιεῦναι ex Homero & Origine contra Celſum, qui libro VII, ſic quoque hunc locum legebat.

75 Τὸν δὲ ἐς Δωδώνην.] Eſt locus Homeri ex Odyſſ. Ξ, qui integer ita ſe habet:

Τὸν δ' ἐς Δωδώνην φάτο βήμεναι, ὄφρα θεοῖο
Ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ.

76 Τὸν δὲ Δωδωναῖον ἔλεγον καὶ ναῖον.] Cave ultimam vocem ſubſtantive pro templo ſive fano habeas: tali enim accentu notata apud Heſychium οἶκον καὶ ἔρρεον denotat. Occurrit hoc ſignificatu apud Heſiodum in Magnis Orientalibus, cujus verba hunc in modum ſunt corrigenda:

Τὴν δὲ Ζεὺς ἐφίλησε, καὶ ὃ χρηστήριον εἶναι
Τίμιον ἀνθρώποις. ναῖον δ' ἐν πυθμένι φηγοῦ,
Ἔνθεν ἐπιχθόνιοι μαντεύματα πάντα φέρονται.

Nolo diutius meam diſſimulare conjecturam: cenſeo hunc Stephani locum eſſe mutilum, & pro ναῖον ſcribendum Βωδωναῖον, nam de Jove loquitur, qui à ſcriptoribus nonnunquam Dodonæus, Bodonæus & Phegonæus nuncupatur. Hanc indubitatam eſſe lectionem nemo, in dubium vocabit, qui paulo attentius totum locum examinaverit.

77 Ζηνόδοτος δὲ γράφει Φηγωναῖε.] Et hunc locum leviter eſſe corruptum, firmiter mihi perſuadeo: ſi mei arbitrii res foret, reſcriberem: Ζηνόδοτος δὲ γράφει Φηγωναῖον.

78 Σουίδας.] Lexicographus ille non eſt intelligendus, qui non tantum Stephani, ſed etiam Hermolai Epitomatoris ætate inferior eſt. Fuit alius Suidas qui res Theſſalicas conſignavit, cujus Strabo lib. VII, & Apoll. Rhodii Scholiaſtes meminit.

 79 Καὶ

79 Καὶ τύτυ ἐπικαλεῖαζ.] Huic loco aliquid excidiſſe, quod ad ſententiæ perfectionem facit, non eſt quod dubitem: Fortaſſis legendum, Καὶ ὕτως ἀπὸ τύτυ ἐπικαλεῖαζ.

80 Ἔπεροι δὲ γράφυσι Βωδωναίς.] Et hunc locum à mala manu eſſe, certiſſimum eſt: Videtur hoc modo emendandus: Ἔπεροι δὲ γράφυσι Βωδωναίυ. Scilicet apud Suidam in Theſſalicis ambigua hæc ſcriptura olim conſpiciebatur, quidam codices Φηγωναίυ, alii vero Βωδωναίυ præferebant.

81 Πόλιν γὰρ εἶναι Βωδώνίω.] Hujus meminit etiam Stephanus noſter ſuo loco ex Apollodoro, ita de illa ſcribens: Βωδώνη, πόλις Περραιβικὴ, ὡς Ἀπολλόδωρος. οἱ δ' ὀρθῶς, Θετταλίας, ἀπὸ Βωδώνυ ἥρωΘ. ὁ πολίτης, ΒωδωναῖΘ. Verum eadem eſt, ſive eam Bodonam ſive Dodonam vocites, & in Perrhæbia colloces: Nam Perrhæbi olim etiam Theſſaliam incoluerunt, unde à Lapithis pulſi ſunt

82 Κινέας.] Ab Epitomatore in voce Ἔφυρα, Cineas Rhetor appellatur. Strabo libro VII etiam hujus meminit, & Pindari Scholiaſtes ad Pyth. Od. x circa finem, ſed exiſtimo ibi male hodie legi, Καινέας.

83 ἘπαφρόδιτΘ ὑπομνηματίζων τὸ β' αἴπον.] Hiſce verbis apertum in eſſe mendum, nemo non videbit, qui rem probe examinaverit. Mirum eſt profecto unicam literam totum locum ita poſſe turbare, ut inde vix ſenſum elicias. Reponendum eſt, ἘπαφρόδιτΘ ὑπομνηματίζων τὸ β' Αἰτιῶν. Firmiter enim apud me ſtatuo, Epaphroditum in Callimachi Quæſtionum libros commentaria edidiſſe, quæ hic à Stephano citantur. Sic quoque Theon illud argumentum tractavit apud Etymologici Mag. Auctorem in voce Βυκέ-

Βυκέρας, ubi hæc leguntur: ὕτω Θέων ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τῦ ά Αἰτίυ Καλλιμάχυ. Scio à Stephani verbis nomen Callimachi abeſſe; ſed res eſt notiſſima, antiquos ſine auctoris nomine, Quæſtionum ſive Αἰτιῶν libros citaſſe, qui non niſi Callimacho attribui poſſunt.

84 ἈκεσόδωρΘ.] Hic ſcriptor & Plutarcho cognitus in Themiſtocle, & Etym. Mag. Auctori in ΔωδωναῖΘ, & præterea noſtro in Μεγάλη πόλις, ubi divulgatum ἈκεσόδωρΘ, ſed reſtituendum exiſtimo ἈκεσόδωρΘ. Fuit Megalopolites & de Urbibus ſcripſit.

85 Ἀπὸ Δωδώνυ τῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης.] Fortaſſis ſcribendum eſt ἀπὸ Δωδώνος τῦ Διός: nam τῦ Δωδώνυ caſum rectum nuſquam invenies. Igitur ſecundum Stephanum noſtrum alia fuit Aceſtodori, alia vero Thraſybuli de Dodonæ etymologia opinio. Aceſtodorus id nominis deducit à Dodone Jovis & Europæ filio: Thraſybulus vero à Dodona una ex nymphis Oceanitidibus. Etymologici Magni Auctor horum ſcriptorum opiniones confundit, ubi in voce ΔωδωναῖΘ tradit, illos referre, Deucalionem in Epirum poſt diluvium adveniſſe, ſuperſtites cataclyſmi congregaſſe, & locum quem condiderat, à Jove & Dodona una ex Oceani nymphis nuncupaſſe. Verum quia Etymologici verba mutila & male conſtituta videntur, ea huc tranſcribam, ut à nobis emendentur atque ſupplentur. Δευκαλίων, μετὰ τὸν ἐπ' αὐτῦ γινόμενον κατακλυσμὸν, παραγινόμενΘ εἰς τὴν Ἤπειρον, ἐμαντεύετο ἐν τῇ δρυΐ, πελιάδΘ δὲ χρησμὸν αὐτῷ δύσης. κατοικίζει τὸν τόπον, συναθροίσας τὺς περιλειφθέντας ἀπὸ τῦ κατακλυσμῦ, καὶ ἀπὸ τῦ Διὸς καὶ Δωδώνης μιᾶς τῶν ὠκεανίδων, Δωδώνίω τὴν χώραν προσηγόρευσε. ἡ ἱστορία παρὰ Θρασυβύλῳ καὶ Ἀκεσοδώρῳ. Hæc verba ſi conferas cum

 iis,

iis, quæ ex hiſce ſcriptoribus Stephanus perhibet, utramque opinionem non conſpicies; adeo ut firmiter mihi perſuadeam, ultima in Etymologo verba eſſe mutila, & iis quædam excidiſſe: Fortaſſis totus locus hunc in modum eſt emendandus: Καὶ ἀπὸ Δώδωνος τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης, ἢ ἀπὸ Δωδώνης μιᾶς τῶν Ὠκεανίδων νυμφῶν, Δωδώνην τὴν χώραν προσηγόρευσε. Vel minori mutatione ita ſuppleri poſſet: Καὶ ἀπὸ Δώδωνος τοῦ Διὸς, ἢ Δωδώνης μιᾶς τῶν Ὠκεανίδων &c. Si hoc vel illo modo locum conſtituas, & Thraſybuli & Aceſtodori ſententia in iſtis verbis erit clara atque conſpicua. Eandem prorſus lacunam obſervare licet in commentariis Didymi, ut putatur, qui ad Iliad. Π etiam Dodonam ἀπὸ τοῦ Διὸς καὶ Δωδώνης μιᾶς τῶν Ὠκεανίδων denominatam perhibet. Nihil enim inſulſius dici poteſt, quam Dodonam à Jove & Dodona nympha nomen ſortiri. Lego itaque & hoc loco: ἀπὸ Δώδωνος τοῦ Διὸς, ἢ Δωδώνης μιᾶς τῶν Ὠκεανίδων &c. Sed quid juvat antiquiſſimis Græcorum fabulis inhærere: hiſce relictis ad ipſam potius veritatem tranſeamus. Admodum veriſimile τῆς Δωδώνης etymon, ut ego quidem exiſtimo, nobis communicavit nobiliſſimus atque eruditiſſimus Jacobus Palmerius in ſua Græciæ antiquæ deſcriptione, quam admodum reverendus & eruditione conſpicuus Stephanus Morinus ex Galliis ad me tranſmiſit, ut in hac urbe typis excuderetur, quod ob publicas hujus Reipublicæ calamitates nondum licuit. Ut autem aliquem eximii hujus operis guſtum lectori exhiberem, Palmerii opinionem de Dodonæ etymologia inde delibare, atque ipſiſſima viri Clariſſimi verba, ex cap. XLIV ubi de Molottia agit, huc tranſcribere non pigebit. Quod ad etymon & nominis cauſam attinet, Stephanus non

, mihi perſuadet cum ſuo Dodone fluvio, nec
, cum ſua Oceanitide nympha, quæ in oceano
, longiſſime à Moloſſia habitare debuit; nec cum
, ſuo Dodone Jovis & Europæ filio fabuloſo. Id
, fecerunt Græci quidam auctores nullius aucto-
, ritatis ſuo more, qui ſemper heroum aut nym-
, pharum nomina ſomniabant, ut urbium natalia
, auguſtiora faciant. Si auctores habuiſſet notos
, & celebres Stephanus, eos proculdubio nomi-
, naſſet, quod ſæpe facit. Et quia opinionum di-
, verſitas indicat, nihil in eo certi aut veriſimili-
, tudinis eſſe, à talibus fabulis lubens deficio, ubi
, nominis cauſa evidens alia ſuppetit. Igitur nul-
, lus dubito, quin à lebete illo celebrato, & ab
, ejus ſono, aliis locis inuſitato, nomen locus ille
, acceperit: qui lebes, vel à ventis vel ab homi-
, nibus pulſatus, dum Δω Δω ingeminabat, no-
, men dedit loco: nam reduplicatum illud Δω Δω
, per ω mega rariſſime vel nunquam in Græca
, lingua occurrens, id omnino evincere videtur.
, De oraculo illo celebrato æneo, quod Dodonæ
, erat, locus eſt in ſupplemento libri VII Strabo-
, nis eximius, qui ſic habet. Ὅτι ἡ παροιμία τὸ ἐν
, Δωδώνῃ χαλκεῖον ἐντεῦθεν ὠνομάσθη. χαλκεῖον ἐν
, τῷ ἱερῷ, ἔχον ὑπερκείμενον ἀνδριάντα, κατέχοντα
, μάστιγα χαλκῆν, ἀνάθημα Κερκυραίων. ἡ δὲ μάστιξ
, ἦν τριπλῆ ἁλυσιδωτὴ, ἀπηρτημένους ἔχουσα ἐξ αὐτῆς
, ἀστραγάλους. οἱ πλήττοντες τὸ χαλκεῖον συνεχῶς,
, ὁπότε αἰωροῖντο ὑπὸ τῶν ἀνέμων, μακροὺς ἤχους ἀπειρ-
, γάζοντο. Id eſt: *Proverbium Dodonæus lebes inde*
, *dictum eſt. Æneum vas erat in fano, quod ſuper-*
, *poſitum habebat viri ſimulachrum, tenentem*
, *flagrum ex ære, Corcyræorum donarium. Id fla-*
, *grum autem tribus conſtabat catenis, quæ aſtra-*
, *galos pendentes habebant, qui pulſantes æneum*
, *vas aſſidue, quando à ventis agitabantur, ma-*
, *gnos*

„*gnos ſonos edebant*. En prima nolarum & cam„panarum mentio: quod inventum nunquam „antea viſum, nomen impoſuit loco ex ſoni ſi„militudine per ὀνοματοποιΐαν.

86 Ὁ Τεχνικὸς ἐν τῷ α΄ τοῦ καθόλου.] Non eſt hoc loco intelligendus Apollonius Dyſcolus, ſed Herodianus, qui ab Euſtathio etiam Τεχνικὸς appellatur, uti liquet ex commentariis ad Iliada B: ὁ δὲ Τεχνικός φησι διὰ τοῦ ι. Τεχνικὸν λέγω τὸν Ἡρωδιανόν. Non diffiteor etiam Apollonium hoc nomino inſigniri, ſed is librum de Univerſali non conſignavit, quod opus paſſim Herodiano attribuitur. Τεχνικὸς proprie is eſt, qui Artem, id eſt, Grammaticam docet vel conſcribit. C. Julius Rom. Grammaticus à Soſipatro Chariſio Artis ſcriptor nominatur. Verum non ſemper τὸ Τεχνικὸς pro Grammatico, ſed quandoque etiam pro Mathematico ſive rerum Geographicarum perito accipitur; quo ſignificatu apud Agathemerum lib. I cap. VI occurrit. Τοῦ Τεχνικοῦ Πτολεμαίου διεξιόντος, ὅσα τῇ γεωγραφίᾳ σαφέστατως διέθετο. Et capite VIII ejuſdem libri: Ὥσπερ παρὰ τοῦ Τεχνικοῦ Πτολεμαίου μανθάνομεν.

87 Αὕτη καὶ ἡ ἐν Ἰταλίᾳ.] Diligenter inveſtigando, Dodonam Italicam nec apud antiquos, nec apud recentiores geographos invenire potui. Fortaſſis incidit noſter in depravatum Mnaſeæ codicem, quod iſtius ætatis ſcriptoribus ſæpiſſime contigit, in quo pro *Bobonia* ſive *Bononia* (quæ Italiæ colonia & municipium erat) *Dodone* vel *Dodonia*, vel ſimile mendum obrepſerat: nam τὸ B & D librarios confundere aliquando, res eſt notiſſima & non inſolens.

88 Μνασέας.] Cum tres hujus nominis hiſtorici exſtiterint, Berytius, Colophonius & Patrenſis, difficulter dixerim, quiſnam hic intelligi

telligi debeat. Vide Voſſium de Hiſt. Græc. lib. I.

89 Λέγεται καὶ Δωδών.] Hoc nomen etiam de regione & urbe ſumitur: fluvius vero, retracto accentu, Δώδων appellatur, uti liquet ex verbis Euſtathii ad Dionyſii periegeſin: Ἰστέον δὲ ὅτι Δωδώνη οὐ μόνον ἡ χώρα, ἀλλὰ καὶ πόλις ἦν Δωδώνη, ἀπὸ Δωδώνης τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης. ἢ ἐκ ποταμοῦ Δώδωνος. ἐλέγετο δὲ καὶ Δωδὼν δισυλλάβως.

90 Οὔπιμε.] Non eſt vox ſana: reponendum fortaſſis, οὔτε μήν.

91 Οὔτε Πυθικῶν γυ *** τις ἀπείσατεν.] Facili negotio & conjectura hanc lacunam quis replere poſſet, legendo: Νῦν δ᾽ οὔτε μὴν εἰς Δωδῶνος, οὔτε Πυθικῶν γῆν τις ἀπείσατεν. Nihil occurrit melius divinandum, preſſius veſtigiis vulgatæ lectionis & τῶν ἀντιγράφων inſiſtenti, in quibus lacuna non conſpicitur.

92 Δωδῶνιν αἰων Ζεύς.] In hiſce verbis dandi caſum, de quo Stephanus loquitur, non video. Locus tranſpoſitione unius literulæ laborat. Legendum eſt: Δωδῶνι ναίων Ζεὺς ὁμέστιος βροτῶν.

93 Αὐδῆσαι.] Alii ex autographo tranſcripſerunt, αὐδῆσαι.

94 Διοσῶν ἐκ πελειάδων.] Sic fabuloſa antiquitas ſuperſtitioſe credebat, columbas oracula, quæ maximæ auctoritatis & famæ erant, è quercu reſpondiſſe: imo præſertim in honore erant apud Ætolos, & eorum finitimos Acarnanas atque Epirotas. Pauſanias in Achaïcis: Κατέφευγουσιν οὖν ἐπὶ τὸ χρηστήριον τὸ ἐν Δωδώνῃ. τοῖς γὰρ τὴν Ἤπειρον ταύτην οἰκοῦσι, τοῖς τε Αἰτωλοῖς καὶ τοῖς προσχώροις αὐτῶν Ἀκαρνᾶσι καὶ Ἠπειρώταις, αἱ πέλειαι καὶ τὰ ἐκ τῆς δρυὸς μαντεύματα μετέχειν μάλιστα ἐφαίνοντο ἀληθείας. Verum πελειὰς & πέλεια voces ſunt valde ambiguæ, quibusque duplex ſignifi-

catio veteribus attribuitur, nam vulgari lingua *Columbam*, Theſſalica ſive Epirotica *vetulam* & *vaticinatricem* denotant. Servius ad Eclog. IX Virgilii: *Nam in Epiro dicitur nemus fuiſſe, in quo reſponſa dabant columbæ: quod ideo fingitur, quia lingua Theſſala Peliades & columbæ & vaticinatrices vocantur.* Optime quoque in hanc rem ſcripſit Heſychius: Πέλειαι, περιστεραί. καὶ αἱ ἐν Δωδώνῃ θεσπίζουσαι μάντεις. Et mox ſequitur: Πελείους, Καὶ οἱ Ἠπειρῶται τοὺς γέροντας καὶ τὰς πρεσβύτιδας. Hic locus ſatis eſt integer & nulla ſuppletione, ut vir doctus putavit, indiget. Egregie quoque hac de re ſcribit Euſtathius ad Odyſſ. Ξ. pag. 1760. Ὁ δὲ αὐτὸς, καὶ εἰς τὰς ἐκεῖ λεγομένας μαντικὰς πελείας, φησὶν, ὅτι αἱ πέλειαι εἰς οἰωνοσκοπίαν ὑπονοοῦνται, καθὰ καὶ κορακομάντεις ἦσάν τινες. οἱ δὲ, τὸ παλαιὸν μὲν ἄνδρας προφητεύειν φασίν. ὕστερον δὲ, τρεῖς ἀποδειχθῆναι γραίας προφήτιδας, ἃς πελείας καλεῖσθαι γλώσσῃ Μολοττῶν, ὡς τοὺς γέροντας πελείους. Etiam Herodotus perhibet, ſe ab antiſtitibus Dodonæis accepiſſe, geminas Thebis Ægyptiis columbas avolaſſe, utramque nigram, unam quidem in Libyam, alteram ad Dodonæos, quæ fago inſidens humana voce loquuta ſit. Verum hæc ſacerdotum Dodonæorum relatio ipſi Herodoto fuit ſuſpecta admodum, & fabuloſa habita: nam quod mulieres à Dodonæis columbæ vocatæ ſint, hanc ob cauſam ipſi videbatur factum, quia barbaræ eſſent, & avibus quiddam ſimile ſonarent. Locus quia egregius eſt, eum ex Euterpe huc tranſcribam: Πελειάδες δέ μοι δοκέουσι κληθῆναι πρὸς Δωδωναίων ἐπὶ τοῦδε αἱ γυναῖκες, διότι βάρβαροι ἦσαν. ἐδόκεε δέ σφι ὁμοίως ὄρνισι φθέγγεσθαι. μετὰ δὲ χρόνον τὴν πελειάδα ἀνθρωπίνῃ φωνῇ αὐδάξασθαι λέγουσι, ἐπεί τε τὰ συνετά σφι ηὔδα ἡ γυνή.

ἕως

ἕως δὲ ἐβαρβάριζε, ἐδόκεέ σφι ὄρνιθος τρόπον φθέγγεσθαι. ἐπεὶ τέῳ τρόπῳ ἂν πελειὰς ἀνθρωπίνῃ φωνῇ φθέγξαιτο; Etiam Servius mentionem facit ad lib. III Æneid. de vetula quadam, cui Pelias nomen erat. *Circa hoc templum quercus immanis fuiſſe dicitur, ex cujus radicibus fons manabat, qui ſuo murmure inſtinctu deorum diverſis oracula reddebat: quæ murmura anus Pelias nomine interpretata hominibus differebat.* Plura hanc materiam ſpectantia colligi poſſent, verum hæc ſufficere mihi videntur.

95 Ἠχώχαλκον.] In antigrapho inveni, ἐκάχαλκον, quæ vox eſt nihili. Vulgata lectio optime ſe habet, & non eſt ſollicitanda. Simile compoſitum occurrit apud Scholiaſtam ad lib. I Apoll. Rhodii, ubi Herculis clavam totam æneam fuiſſe perhibet. Χαλκοβαρεῖ δὲ, τῷ ἰσχυρῷ, ἢ τῷ πρὸς τῷ τέλει χαλκῷ βεβαρημένῳ. Πείσανδρος δέ φησιν ὁλόχαλκον εἶναι τὸ ῥόπαλον Ἡρακλέους. Lectionem eſſe probam, perſpicue liquet ex verbis, quæ ex Menedemone noſter infra citat, ubi tripodibus Dodonæis τὴν ἐπήχησιν & τὸν ἦχον adſcribit: Ἀπὸ τοῦ τὸν ναὸν τοῦ Δωδωναίου Διὸς τοίχους μὴ ἔχοντα, ἀλλὰ τρίποδας πολλοὺς ἀλλήλων πλησίον, ὥστε τὸν ἑνὸς ἁπτόμενον παραπέμπειν διὰ τῆς ψαύσεως τὴν ἐπήχησιν ἑκάστῳ διαμένειν τὸν ἦχον ἄχρις αὐτῆς τοῦ ἑνὸς ἐφάψηται.

96 Εὐφορίων Δωδῶνα ἐν Ἀνίῳ.] An hac inſcriptione fabulam divulgaverit Euphorio, nondum pro certo mihi conſtat. In voce Ἀλύβη citatur Euphorio ἐν ἀρχαῖς: in Ἄσωρον Euphorio in Artemidoro: & in Scholiis ad Apol. Rhodii Argonautica Euphorio in Apollodoro: verum illa ad hunc locum non pertinent. Anium fuiſſe Apollinis F. Deli regem & ſacerdotem, theologiæ mythicæ doctores paſſim inculcant.

97 Λέγεται δὲ καὶ εἰς Ω.] Hæc phraſis non eſt ſani

coloris,

coloris, imo Græcis auribus plane inſolita. Reſcribendum eſt unica mutata litera: λήγεται δὲ καὶ εἰς Ω. Non teram tempus in hac lectione aſſerenda, tantum indicabo, eundem Simmiæ locum exſtare apud Strabonem lib. VIII, quod firmiter noſtram conjecturam corroborat: recenſet enim ibi Geographus ex poëtis Græcis plurima vocabula fine amputato, ut Μέση pro Μεσσήνη, δῶ pro δῶμα, βρῖ pro βριαρὸν, ῥᾶ pro ῥάδιον, λῖ pro λίαν, Συρακὼ pro Συρακούσας. Denique ex Simmia Rhodio ſubjungit idem exemplum, quod jam producit Stephanus: Δωδὼ καὶ τὴν Δωδώνην, Σιμμίας.

98 Καὶ κλίσις εἶναι τοῦ Δωδών.] Videtur non incommode ſubſtitui poſſe: καὶ κλίσις εἶναι ἀπὸ τοῦ Δωδώ. Imo exiſtimo hanc lectionem eſſe veriſſimam.

99 Ὁ τεχνικὸς μεταπλασμός.] Ut hæc verba probe intelligas, ſcire oporret, Stephanum diſtinguere inter gentilia ſecundum *typum loci* (quæ vocat κατὰ τύπον, modo κατὰ τὸ ἐπιχώριον, aut τῷ συνήθει τῆς χώρας, & κατὰ συνήθειαν) & inter illa quæ ex Analogia, aut ex lege artis, id eſt, κατὰ τέχνην formata ſunt. De ultima hac formandi ratione κατὰ τέχνην legimus in vocabulo Ἀβρότονον, cujus gentile non erat in uſu, ita enim ibi loquitur: Τὸ ἐθνικὸν, οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει. ἡ τέχνη δὲ ἐπινοεῖ ἐξ ὁμοιότητος. ὡς τὸ Ἄθμονον Ἀθμονεύς, καὶ Γάργαρον Γαργαρεύς, καὶ Σούνιον Σουνιεύς &c. οὕτως Ἀβροτονεύς. Et in Ἀδάρου πόλις. ὁ πολίτης, Ἀδαρουπολίτης, ὡς Ἡλιοπολίτης, Ἡφαιστοπολίτης, τῷ τεχνικῷ λόγῳ. Et alibi: Ἀγαθοῦ Δαίμονος, νῆσος ἐν τῇ Ἰνδικῇ θαλάσσῃ. τὸ ἐθνικὸν κατὰ τέχνην, ἐξ Ἀγαθοῦ Δαίμονος, διὰ τὸ ἄπορον. Et ſic paſſim aliis in locis, ubi fuſius hanc materiam declaramus. Itaque hoc loco per *artificialem formationem* nihil

aliud intelligit, quam gentile κατὰ τέχνην, ex lege artis formatum.

100 Ταύτης ἄρρητον ὡς πεπονθυίας.] Fateor ingenue, me hæc verba clare atque diſtincte non percipere. Occultum hic latere vulnus, firmiter mihi perſuadeo, quod quomodo curetur, difficulter dixerim. Si locum ita conſtituas ſenſus erit clarior: Διόπερ ἔοικεν ὁ τεχνικὸς μεταπλασμὸς ἠγεῖσθαι τὸ ἐθνικὸν, ἀπὸ ταύτης ἄρρητον οὐ πεπονθυίας. Hanc lectionem in verſione, quantum potuerim, expreſſi. Τὸ ἄρρητον apud noſtrum Stephanum *inuſitatum* denotare, liquet perſpicue in voce Βερέκυντος, quam dicit eſſe γενικὴν τῆς εὐθείας ἀρρήτου, *genitivum à caſu recto inuſitato*.

101 Ὡς Πλευρὼν Πλευρώνιος.] Reſcribendum videtur: ὡς ἀπὸ τοῦ Πλευρῶνος Πλευρώνιος.

102 Τῆς μέν τοι Δωδώνης Δωδωναῖος.] Noſter τοῦ Δωδώνιος uſum permittit, ſi ex lege artis & κατὰ τεχνικὸν μεταπλασμὸν illud à voce Δωδὼν formemus, cujus κλίσιν pluribus probavit. Et alium ſenſum non habent verba Hermolai in Epitome, ubi de hoc gentili ſcribit: λέγεται δὲ καὶ Δωδὼν, ἧς τὸ ἐθνικὸν οὐχ εὕρηται. χρηματίζεται δὲ Δωδώνιος. Id eſt: à voce Dodon non reperitur gentile κατὰ τὸν ἐπιχώριον τύπον, ſed κατὰ τέχνην formatum. E Græcis neminem, è Latinis Claudianum novi, qui illud gentile uſurpaverit, ita enim ille de Raptu Proſerp.

Unde datæ populo leges, & glande relicta
Ceſſerit inventis Dodonia quercus ariſtis.

Voce Δωδωναῖος paſſim Græci & Latini utuntur: Græcorum teſtimonia producere ſupervacaneum exiſtimo, utpote quæ apud auctorem noſtrum hoc tmemate frequentiora occurrunt. Habet hoc gentile Juſtinus lib. XVII cap. III: *Sed Pyrrhus cum in templum* DODONÆI

Jovis veniſſet. Et Livius lib. VIII cap. XXIV: *Alexandrumque Epiri regem, ab exule Lucano interfectum, ſortes DODONÆI Jovis eventu affirmaſſe.*

103 Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε.] Locus eſt deſumptus ex Iliade Π.

104 Κρατῖνος.] Auctor priſcæ Comœdiæ, cujus Horatius meminit:

Eupolis atque Cratinus, Ariſtophaneſque poëtæ
Atque alii, quorum comœdia priſca virorum eſt.

105 Παλλών Παλλωνίς.] Lego confidenter: ὡς Πελλήνη Πελληνίς. Stephani Epitomator infra ſic ſcribit: Πελλήνη, πόλις Ἀχαΐας. λέγεται καὶ Πελλῖνα, ὡς Μιτυλῖνα. ὁ πολίτης, Πελληνεύς. τὸ θηλυκὸν, Πελληνίς.

106 Ἀπολλώνιος.] Locum tranſcripſit noſter vel ex libro I, vel ex lib. IV. Apol. Rhodii, nam utroque libro hic verſiculus legitur. Idem quoque Apollodorus libro I, Biblioth. affirmat de navi Argo Κατὰ δὲ τὴν πρῴραν ἐνήρμοσεν Ἀθηνᾶ φωνῆεν ἔχουσα ξύλον. Et Valerius Flaccus principio ſui operis huc reſpexiſſe videtur:

---- Canimus freta pervia nautis
Fatidicamque ratem.

Id eſt προφῆτιν. Cujus prædictionis illuſtre exemplum adfert Apollon. Rhod. Scholiaſt. ad lib. I. Ἡ πεῖρα τῆς Ἀργοῦς, φησὶ, φωνῆεν ἔχουσα ξύλον, μετέδωκεν αὐτοῖς τὴν Διὸς χόλον φθέγξαι, καὶ πρὸς Κίρκην ἀφικέσθαι τὴν Ἀψύρτου θάνατον καθαρθησομένους.

107 Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπλῆγι.] Vide doctiſſimum Caſaubonum ad Athenæum lib. VII cap. IV.

108 Τὰς θεσπιῳδοὺς ἱερέας Δωδωνίδας.] Jupiter in templo Dodonæo, relictis viris, ad prophetiam fœminas adſcivit, quemadmodum legimus apud Originem contra Celſum lib. VIII. Καὶ ὁ Δωδώνης δὲ μεδέων δυσχείμερος, παρ' ᾧ εἰσιν ὁ προφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι ἀποδοκιμάσας τὸ τῶν ἀνδρῶν εἰς προφητείαν γένος, ταῖς Δωδωνίσι χρῆται. Initio quidem viri fuerunt, Tomari ſive Tamuri nuncupati, qui prædicerent, ſicuti ex Homero, interpretes Dei nominante, non obſcure liquet: verum interjecto longi temporis ſpatio, tres anus ad hoc miniſterium ſunt deſignatæ, auctore Strabone lib VII, de iis ſic ſcribente: Κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἄνδρες ἦσαν οἱ προφητεύοντες, καὶ τοῦτ' ἴσως ὁ ποιητὴς ἐμφαίνει. ὑποφήτας γὰρ καλεῖ, ἐν οἷς τάττοιντο καὶ οἱ προφῆται. ὕστερον δ' ἀπεδείχθησαν τρεῖς γραῖαι, ἐπειδὴ καὶ σύνναος τῷ Διῒ προσαπεδείχθη καὶ ἡ Διώνη. Harum vetularum natu maxima Promenea, proxima Timarete, & natu minima Nicandra appellabatur, quemadmodum in Euterpe docet Herodotus, & ex illo Sophoclis Scholiaſtes, nec non Euſtathius ad Odyſſeam Ξ. pag. 1760. Verum hiſce vetulis, quia una earum mala fide oraculum ediderat, non erat licitum Bœotiis oraculum ſciſcitantibus reſpondere: gaudebant enim illi hoc privilegio, ut à viris, non autem à vetulis oraculum acciperent, qua de re ſic ſcribit Strabo libro IX: Ἐκ δὲ τούτων Βοιωτοῖς μόνοις ἄνδρας προθεσπίζειν ἐν Δωδώνῃ.

109 Δωδωναῖον μὲν καλοῦντες, ὅτι δίδωσιν ἡμῖν τὰ ἀγαθά.] Hujus etymi ratio non plane abſurda viſa fuit Euſtathio, ita enim ille ad Iliad. Π. ubi non tam differt ab Apollodoro, quam ejus ſententiam accuratius deſcribit. Ἕτεροι δὲ Δωδώνην ἀλληγοροῦντες, ἐνταῦθα τὴν γῆν φασὶ, παρὰ τὸ δῶ δώσω, ὡς δειτέραν καὶ ἀνησιδώραν καὶ ζείδωρον.

101 Πελασγικὸν δὲ, ὅτι γῆς πέλας ἐστίν.] Et hujus etymologiæ ratio Euſtathio arriſiſſe videtur, ita enim

SISMANOGLIO

enim ſcribit loco jam proxime allegato. Οὕτω δὲ συμβιβάζουσι καὶ τὸ, Πελασγικὲ, τηλόθι ναίων. Πελασγικὲ μὲν, διὰ τὸ πέλας ἡμῶν εἶναι τῆς περὶ γῆν, ὃ καὶ ὁ Δωδωναῖος ἐδήλου. Themiſtio longe alia fuit mens atque opinio, Jovem enim exiſtimat Pelaſgicum, Apollinem Amyclæum, & Mercurium Cyllenium appellari à locis, quæ præcipue amant atque conſervant, ita enim ille Oratione x, ubi refert Scipionem Africani cognomen obtinuiſſe: Οὕτω γὰρ καὶ τοὺς θεοὺς οἶμαι καλοῦμεν, τὸν μὲν Δία Πελασγικὸν, Ἀμυκλαῖον δὲ τὸν Ἀπόλλωνα, Κυλλήνιον δὲ τὸν Ἑρμῆν, ἐξ ὧν μάλιστα ἀγαπῶσι χωρίων, καὶ ἃ διασώζουσι.

111 Ἀλλὰ τρίποδας πολλοὺς ἀλλήλων πλησίον.] Hic tripodum numerus quotannis à Bœotis augebatur, qui data occaſione unum aliquem dedicatorum apud ſe tripodum noctu auferentes, & veſtibus occultantes, clam Dodonam deportabant, ut Strabo lib. IX auctor eſt: Τὰς μέν τοι προφήτιδας ἐξηγουμένας τοὐναντίον εἰπεῖν, ὅτι προστάττει ὁ θεὸς τοῖς Βοιωτοῖς, τοὺς παρ᾽ αὐτοῖς τρίποδας συλλέγοντας, εἰς Δωδώνην πέμπειν κατ᾽ ἔτος. καὶ δὲ καὶ ποιεῖν τοῦτο. ἀεὶ γάρ τινα τῶν ἀνακειμένων τριπόδων, νύκτωρ καθαιροῦντας, καὶ κατακαλύπτοντας ἱματίοις, ὡς ἂν λάθρα τριποδηφορεῖν εἰς Δωδώνην.

112 Διαμένειν τὸν ἦχον.] In apographis, quæ videre licuit, legebatur: διαφαίνειν τὸν ἦχον: ſed lectionem editam præfero. Nos locum alio modo, quam repræſentabat vulgata editio interpunximus, ut tanto melius reſponderet Euſtathio, eandem ſententiam ad Odyſſ. Ξ Pauſaniæ adſcribenti: Δῆλον δὲ ὡς ἐκ ταύτης καὶ τὸ παροιμιακὸν, Δωδωναῖον χαλκεῖον. περὶ οὗ Παυσανίας φησὶν, ὅτι ἐν Δωδώνῃ πολλῶν παραλλήλων κειμένων λεβήτων, εἴ τις ἑνὸς ἅψεται, φασὶν ἐκ διαδοχῆς πάντας ἠχεῖν.

113 Ἐν ἄλλῳ.] In antigraphis: ἐν ἄλλου. Quod merito repudiatur.

114 Τῷ περιηγητῇ Πολέμωνι.] Sic Polemo Periegetes cognominabatur ab accuratiſſima rerum omnium deſcriptione, quas poſteris relinquebat: & quemadmodum quatuor libros compoſuit, teſte Strabone libro IX, de Donariis in Athenienſium arce dedicatis, ſic ille mea ſententia non erraret, qui ſtatuat Polemonem accuratam templi Dodonæi delineationem exhibuiſſe.

115 Καὶ Ἀριστείδῃ τὰ τούτου μεταγεγραφότι.] Hanc artem, qua inſimulatur Ariſtides Stephano noſtro, diſcipulos doctoribus ſuis factitaſſe, non opus eſt ut pluribus demonſtretur. Suidas mentionem facit de Ariſtide Rhetore, qui tempore Trajani floruit, & Polemonem Laodicenſem, Smyrnæ docentem, præceptorem habuit. Πολέμων Λαοδικεύς, ἤγουν ἐκ Λαοδικείας τῆς πρὸς τῷ Λύκῳ ποταμῷ, ῥήτωρ καὶ σοφιστὴς σοφιστεύσας ἐν Σμύρνῃ διδάσκαλος Ἀριστείδου τοῦ ῥήτορος. ἦν δὲ ἐπί τε Τραϊανοῦ, καὶ μετ᾽ αὐτόν. Verum licet hæc admodum ſpecioſa videantur, non tamen hoc loco Polemo, nec Ariſtides intelligi poſſunt, cum is, cui Periegetæ cognomen erat, tempore Ptolemæi Euergetæ vixerit, & diſcipulum, Trajani tempore florentem, non habuerit. Mirum profecto, quod Euſtathius ad Odyſſ. Ξ. hanc Dodonæ deſcriptionem non Ariſtidæ, ſed Ariſtoteli adſcribat, ita enim ille: Ἀριστοτέλης δὲ, δύο στύλους εἶναι λέγει. καὶ ἐπὶ μὲν θατέρου, λέβητα ἑστάναι. ἐπὶ δὲ θατέρου παῖδα, κρατοῦντα μάστιγα, ἧς τοὺς ἱμάντας χαλκέους ὄντας καὶ σειομένους ὑπ᾽ ἀνέμου, τῷ λέβητι προσκρούειν, τὸν δὲ τυπτόμενον ἠχεῖν. Fortaſſis in Euſtathii exemplaribus Ἀρις. exaratum fuit, ex cujus compendio editionis præfecti poſtea fecere, quod nunc legimus.

116 Λέγουσι καὶ τὸν Β'.] Numeri nota non fuit in contextu MS, ſed in margine, ut mihi antigraphum fidem fecit.

117 Παιδάριον ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ μάστιγον ἔχον.] Accuratiſſimam hujus flagelli deſcriptionem habemus apud Strabonem in Excerptis libri VII: Cujus integrum locum vide commentario 85. pag. 31.

118 Ἱμάντας χαλκοῦς.] Lectio deturpata & minime ferenda: reſcribendum eſt: ἱμάντας χαλκέους. De hac emendatione nemo dubitabit, qui locum Euſtathii proxime allegatum inſpexerit.

119 Αἰωρουμένους ὑπὸ τοῦ πνεύματος.] Huic non diſſimilis eſt narratio, quam legimus apud Plinium lib. XXXVI cap. XIII, in deſcriptione labyrinthi, quem ſibi Porſena rex Hetruriæ ſepulchri cauſa fecerat ſub urbe Cluſio. *Supra id quadratum pyramides ſtant quinque, quatuor in angulis, in medio una, in imo latæ pedum ſeptuagenûm quinûm, altæ centum quinquagenûm: ita faſtigiatæ, ut in ſummo orbis æneus petaſus unus omnibus ſit impoſitus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula, quæ vento agitata, longe ſonitus referant, ut Dodonæ olim factum.*

120 Ταῤῥαῖος.] Hujus ſcriptoris etiam fit mentio in voce Θεσσαλονίκη, ubi ſic ſcribit Epitomator: Λούκιλλος δὲ ὁ Ταῤῥαῖος περὶ Θεσσαλονίκης βιβλίον ἔγραψεν. Non puto noſtrum hoc opus innuere, ſed quod de Proverbiis conſignavit.

121 Ὡς χειμερίου τῆς Δωδώνης ὑπαρχούσης.] Dubito de fide hujus loci: mallem reſcribere: ὡς δυσχειμέρου τῆς Δωδώνης ὑπαρχούσης. Quod epitheton Homerus Iliad. Π Dodonæ attribuit.

122 Μυρτίλην ταύτην.] Eſt ſine dubio nomen fœminæ loquacis, garrulæ & rixoſæ, quæ à Menandro in ſcenam introducitur & Dodonæis le-

betibus

betibus comparatur, quia nimia verboſitate & vociferatione illorum aures offendebat, qui ſemel eam moviſſent.

123 Πέρας ποιεῖ λαλιᾶς τὸ Δωδωνεῖον ἄντι χαλκίον.] In antigrapho, quod ex membranis Seguierianis erat tranſcriptum, legebam χαλκεῖον, quod non præfero, licet etiam apud alios inveniatur: verum τὸ Δωδωνεῖον, quod etiam Antigraphum exhibebat, nequaquam probare poſſum. Sine dubio reſcribendum eſt: πέρας ποιεῖ λαλιᾶς τὸ Δωδωναῖον &c.

124 Δωνέττινοι, ἔθνος Μολοσσικόν.] Ita de Donettinis ſcribit, qui Stephani de Gentilibus opus compendifecit. Δωνέττινοι, ἔθνος Μολοσσικόν. Ῥιανὸς τετάρτῃ Θεσσαλικῶν. Αὐτὰρ Δωνέττινοι, ἠδ' Ὀρεστηνοὶ Κεραῖνες. De alio Rhiani loco nullam mentionem fecit.

125 Κεραῖνες.] Gentem hoc nomine non novi, cum nemo geographorum eam noverit. Suſpicor hic aliquid monſtri latere, quod fortaſſis curaveris ſic legendo:

Αὐτὰρ Δωνέττινοι, ἠδ' ὀρεστηνοὶ Μελαινεῖς.

Arcadiæ urbs eſt Μέλαιναι, unde deducitur civis nomen Μελαινεύς: ejus quoque Rhianus meminit, uti ſuo loco apparet. Poſſet quis hunc movere ſcrupulum, Melænas in Arcadia & Donettinos in Epiro ſitos eſſe, ac proinde hic non debere conjungi populos, vaſto locorum ſpatio disjunctos: verum ſciat is, à Rhiano verſu ſequenti Donettinos & Caras recenſeri, qui toto orbe diviſi ſunt, nam illi Europam, hi vero Aſiam incolunt.

126 Δῶρα νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ.] De hac inſula ſic ſcribit ille, qui Stephanum contraxit: Δῶρα, νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ. Στράβων πεντεκαιδεκάτῃ. ὁ νησιώτης, Δωρίτης. εἰ δὲ τῷ τῆς χώρας

τύπῳ,

τύπῳ, Δαρηνὸς, ὡς Ἀραξηνός. Sita erat non longe ab Arado, uti apparet ex Ptolemæo, qui eam non Δῶραν, ſed Θαρὼ appellavit, ait enim ille: Ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ Ἀμφάνα νῆσος, ἡ πρὸς ἐπέχει μοῖ. Ἰχάρα, Θαρὼ, Τύλος, Ἄραδος.

127 Καθεὶ Στράβων ις΄.] Fortaſſis ſcribendum, καθάπερ Στράβων. Eſt enim noſtro non inſueta phraſis; ſupra in Δωδώνη inquit: Διτταὶ δ᾽ εἰσὶ Δωδῶναι, αὕτη τε ἡ ἐν Ἰταλίᾳ καθάπερ ἄλλοι τε Μνασέας. Præterea in MS Seguieriano legebatur Στράβων ιε, & ſic quoque Epitome repræſentat: verum Geographi verba libro ſexto decimo exſtare, jam olim magnus monuit Caſaubonus in commentariis ad illum auctorem.

128 Τὸν Δεμαζηνὴν ἐπάρχην.] Verba Strabonis ab hiſce paullulum differunt, & in ejus vulgatis hodie hunc in modum concipiuntur: Φησὶ δ᾽ ὁ Νέαρχος τῷ Μιθρωπάσην ἐντυχεῖν αὐτοῖς μετ᾽ Ἀμαζήνου. τὸν δὲ Ἀμαζηνὴν ἐπάρχην νήσου τινὸς τῆς ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ. καλεῖσθαι δὲ τὴν νῆσον Δοράκτα. εἰς ταύτην δὲ τὸν &c. Ex hoc Strabonis loco Stephanus eſt emendandus, & vice verſa Geographus ex Stephano. Reſcribo pro τὸν Δεμαζηνὴν ἐπάρχην confidenter, τὸν δὲ Ἀμαζηνὴν ἐπάρχην: hæc indubitata eſt lectio; nam conjunctionem adverſativam librarii proprio nomini alleverunt, quod non decuit. Verum gravius laborat Strabo, in quo pro Δώρα fecerunt Δοράκτα, quæ vox eſt nihili. Si mei arbitrii res foret, ejus verba ſic emendarem: Καλεῖσθαι δὲ τὴν νῆσον Δῶρα, καὶ εἰς ταύτην δὲ τὸν Μιθρωπάστην καταφυγόντα, ξενίας τυχεῖν κατὰ τὴν Ἐξωγώρου γενομένην ἄφοδον. Correctionem hanc amplectatur lector, donec certius aliquid ab aliis ſit allatum.

129 Οὕτω τε Ὧρος.] Exiſtimo noſtrum Ori περὶ τῶν Ἐθνικῶν opus innuere, quod etiam in Epitome voci-

vocibus Νικίου κώμη & Ταῦα, nec non hoc fragmento allegatur.

130 Εἰ δὲ τῷ τῆς χώρας τύπῳ &c.] Unica literula mirifice horum verborum ſenſum turbat: verum qui in Stephano paullo eſt verſatior, facillime animadvertet reponi debere, εἰ δὲ τῷ τῆς χώρας τύπῳ κατακτηθῆναι δεῖ, eamque lectionem eſſe veriſſimam, quam etiam nunc Epitome agnoſcit.

131 Ἀραξηνός.] Ab Araxa urbe Lyciæ non poteſt deduci gentile in ηνος; nam alio modo Lycii, & alio circa Perſicum ſinum habitantes gentilia ſua terminant. Certo certius eſt hic mendam latere, quam facile emendabis, ſi repoſueris gentile, derivatum à celebri quodam oppido, & in ηνος deſinens. In voce Νίσιβις Epitomator enumerat gentilia Νισιβηνὸς, Σωφηνὸς, Ταξηνὸς, Καμβυσηνὸς: itaque ferme reſcripſeram Ταξηνὸς, verum & illa vox inſana eſt, & pro ea repono Ταξιληνὸς, quam etiam non incommode hic pro Ἀραξηνὸς ſubſtituere poſſes. Hæc ſi minus placet, ſcribe Ἀδαρηνὸς, vel elige aliam proxime vulgatæ lectioni reſpondentem.

132 Δώριον, πόλις μία τῶν τριῶν.] Compendiariam hanc de Dorio Epitomator exhibet deſcriptionem: Δώριον, πόλις μία τῶν τριῶν. Ὅμηρος.

Καὶ Πτελεὸν τε Ἕλος, καὶ Δώριον.

Δοσίθεος ἐν αὐτῇ τῇ πόλει φησὶν ὑπὸ Θαμύρα εὑρεθῆναι τὴν Δώριον ἁρμονίαν. τὸ ἐθνικὸν, Δώριος, καὶ Δωριεὺς, καὶ Δωριάς. καὶ θηλυκὸν Δωρίς. Quædam hic ex Doſitheo commemorantur, de quibus in genuino hoc Stephani Fragmento, nulla reperitur memoria, uti mox apparebit.

133 Ὧν Ὅμηρος μνημονεύει.] Articulus ὧν non erat in antigrapho. Homeri locus in Catalogo navium reperitur:

 Καὶ

Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον, ἔνθα τε μοῦσαι
Ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς,
Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος.

134 Δικαίαρχος δὲ τέτταρας] Vide Voſſium de Hiſtor. Græcis. Hujus rei nulla in hodiernis Dicæarchi fragmentis exſtat memoria.

135 Μέρος τι μεταξὺ τῶν ἐν ταῖς ***] Libet hic miſereri fati imperium in clariſſimorum ſcriptorum opera, & temporis injuriam in literas & monumenta hiſtorica, quod ipſum hoc genuinum Stephani fragmentum ſartumtectum ad nos pervenire non potuerit. Nam hic duarum paginarum, ut in antigrapho legebam, quæ diſcerptæ erant, ejuſdem vocis mentionem habentium, hiatum excipiebat tertia ejuſdem quoque argumenti. Supereſt tamen, quod valde miror, locus apud Epitomatorem ex Doſitheo ſcriptore vetuſto, quem ad hunc hiatum pertinere exiſtimo: Δοσίθεος ἐν αὐτῇ τῇ πόλει φησὶν ὑπὸ Θαμύρα εὑρεθῆναι τὴν Δώριον ἁρμονίαν. Malo in iſtis verbis legere, ὑπὸ Θαμύριδος, veſtigiis Euſtathii inſiſtens, ita enim ille ad locum Homeri à Stephano circa initium hujus tmematis allegatum: Κεκλῆσθαι οὕτω δοκεῖ τοῖς παλαιοῖς, διὰ τὸ αὐτόθι εὑρεθῆναι τὴν Δώριον ἁρμονίαν ὑπὸ Θαμύριδος. Diſtinguebant antiqui Harmoniam ſive modum in Dorium, Phrygium, Jaſſium, & etiam aliter. Locus in hanc rem egregius eſt apud Themiſtium Oratione XIX: Καί τοι Μῆδος μὲν ἵππος γαυρότερος τοῦ Σαυρομάτου. καὶ ἕτερον μὲν κάλλος Καστορίδων κυνῶν, ἕτερον δὲ Ἀλωπεκίδων. καὶ διακρίνει σοι καθ' ἕκαστον γένος τὴν εὐμορφίαν, ὁ πάντα σοφὸς Ξενοφῶν. λόγων δὲ ἐγὼ οὐκ οἶδα κατὰ φῦλα καὶ κατὰ γένη τινὰς διακρίσεις, οὓς ὥσπερ καὶ τὰ μέλη τινὲς

τινὲς διακρίνουσι εἰς Δώρια, καὶ Φρύγια, καὶ Ἰάσια. κατ' ἄνδρας μὲν γὰρ ἰδέας τινὰς καὶ τύπους ἐπίσταμαι λόγων. οἷον Πλατωνικὴν ἁρμονίαν, καὶ Δημοσθένειον τόνον. Inſignem etiam horum modorum deſcriptionem apud Apulejum in Floridis legimus. *Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis voculæ melleus modulator, & idem omnis modi peritus modificator; ſeu tu velles Æolium ſimplex, ſeu Jaſſium varium, ſeu Lydium querulum, ſeu Phrygium religioſum, ſeu Dorium bellicoſum.* Ita hic locus eſt legendus, qui varie in variis editionibus circumfertur: In nonnullis legitur *Jaſtium*, in aliis *Laſtium*, & in quibuſdam *Aſium*. Nos veram ex Themiſtio lectionem indicaſſe, nemo in dubium vocabit: Eſt enim urbs Carica, quæ Ἴασος & Ἴασσος appellatur, unde hæc Harmonia nomen ſortita eſt. De hiſce Harmoniis & muſico concentu etiam legito Ariſtotelem lib. VIII Polit. cap. V: Lucianum in Harmonide: Clementem apud Euſebium Præparat. Euang. lib. X: & è recentioribus in comparabilem Salmaſium ad Solinum & Hiſt. Auguſt. Scriptores.

136 Τὸ δὲ πολυπλάνητον κάρτα.] In Herodoto legitur πουλυπλάνητον.

137 Βασιλέως ᾤκεε τὴν Φθιῶτιν.] Et hæc longe aliter in Herodoti vulgatis exemplaribus circumferuntur: Ἐπὶ μὲν γὰρ Δευκαλίωνος βασιλῆος οἴκεε γῆν τὴν Φθιῶτιν.

138 Ὑπὸ τὴν Ὄσσαν.] Nunc in Herodoto exſtat: ὑπὸ τὴν Ὄσσην. Quod uſitato ei characteri melius reſpondet.

139 Ἐκ δὲ Ἱστιαιώτιδος.] In Herodoto agnoſcitur articulus: ἐκ δὲ τῆς Ἱστιαιώτιδος.

140 Ὤκεεν ἐν Πίνδῳ.] Edita Herod. exemplaria exhibent. οἴκεε ἐν Πίνδῳ.

141 Δω-

141 Δωριέες τε Τριχάϊκες, δῖοί τε Πελασγοί.] Sunt verba Homeri ex Odyſſ. T tranſcripta: Sed mirum eſt, hunc verſiculum adduci à Stephano, ut probet Cretenſes etiam Dorienſes dici; cum tamen id inde, niſi aut præcedens, aut pars ſequentis ei connectatur, nemini, licet in geographia verſatiſſimo dilucide conſtet: ex quo ſuſpicio mihi orta, ignaviam aut ἀσυνεσίαν deſcriptorum nobis hic quicquam præripuiſſe. Integer Homeri locus ſic ſe habet:

Κρήτη τις γαῖ', ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ,
Καλὴ καὶ πίειρα, περίρρυτος, ἐν δ' ἄνθρωποι
Πολλοὶ, ἀπειρέσιοι, καὶ ἐννήκοντα πόληες.
Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη. ἐν μὲν Ἀχαιοὶ,
Ἐν δ' Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύδωνες,
Δωριέες τε Τριχάϊκες, δῖοί τε Πελασγοί.

Hos verſus Sebaſtianus Caſtalio fœdiſſime depravavit, dum non intellexit: nam Ἐτεόκρητες & Τριχάϊκες tanquam de ducibus, populis, ſeu tribubus Cretenſibus expoſuit: Cum priores indigenæ, ſive αὐτόχθονες intelligendi eſſent, id eſt, Κρῆτες ἔτεοι. Poſteriores autem Τριχάϊκες, quos etiam non intelligit, ad Dorienſes applicandi, utpote qui tripliciter diviſi eſſent, quemadmodum Poëta alio in loco de Æthiopibus dixit (οἱ δίχθα δεδαίαται) bifariam diviſis. Nam eorum interpretatio perſpicua eſt, qui exiſtimant Τριχάϊκες ideo dici, quod tres gentes Græcanicæ Cretam incoluerint, ſic enim Etymologici Mag. Auctor hac de re ſcribit. Ἡσίοδος δὲ διὰ τὸ τριχῇ αὐτοὺς οἰκῆσαι. φησὶν, Πάντες γὰρ Τριχάϊκες καλέονται, οὕνεκα τρισσὴν γαῖαν ἑκὰς πάτρης ἐδάσαντο. Τρία γὰρ Ἑλληνικὰ ἔθνη τῇ Κρήτῃ ἐπῴκησαν, Πελασγοὶ, Ἀχαιοὶ, Δωριεῖς. Et ita rem à Stephano ex Androne infra confirmatam viuebis. Didymi (ſeu quiſquis eſt alius Græcus ille Homeri interpres) opinio, de generali Græcorum diviſione agens, etiam non videtur amplectenda, ita enim ille ad locum citatum: Τριχῇ διαιρεθέντες, οἱ μὲν γὰρ Εὔβοιαν κατῴκησαν, οἱ δὲ Πελοπόννησον, οἱ δὲ Κρήτην. Ἀπολλώνιος δὲ τοὺς πολεμικοὺς λέγει ἀπὸ τοῦ ἀίσσοντας, καὶ ἐπισείοντας τὰς κόμας ἐν τῇ περικεφαλαίᾳ, ἴσον τῷ κορυθάϊκι. (Lege κορυθάϊκι) εἰσὶ δὲ οἱ τοὺς τριόφρυς. (Repone τριλόφους) οἱ δὲ τοὺς ὀργιστὰς (Emenda ὀρχηστὰς) ἀποδιδόασιν. Scio Ciceronem in Græcorum lingua & inſtitutis peritiſſimum, Orat. pro L. Flacco, tria tantum Græcorum genera ſtatuiſſe, Athenienſium & Jonum gentes, Æoles alteros, Dores tertios, ſed qui hæc Homeri verſibus applicant, cum Didymo graviter hallucinantur.

142 Περὶ ὧν ἱστορεῖ Ἄνδρων.] Hic Andronis locus non quidem iiſdem verbis, ſed eodem plane ſenſu proſtat apud Strabonem lib. x: Τοὺς μὲν οὖν Ἐτεόκρητας καὶ τοὺς Κύδωνας αὐτόχθονας ὑπάρξαι εἰκός. τοὺς δὲ λοιποὺς ἐπήλυδας, οὓς ἐκ Θετταλίας ἐλθεῖν φησὶν Ἄνδρων, τῆς Δωρίδος μὲν πρότερον νῦν δὲ τῆς Ἑστιαιώτιδος λεγομένης, ἐξ ἧς ὡρμήθησαν.

143 Τέκταφον τὸν Δῶρον τοῦ Ἕλληνος.] Hic aliquid latere quod eſt à mala tranſcriptorum manu, tam certum eſt, quam ſolem ipſo meridie lucere. Tecſaphum in tota antiquitate non reperies. Tectaphi meminit Dionyſius lib. XVII Baſſaricorum apud Epitomatorem Stephani in Βώλιγγα.

Καὶ τότε δὴ Βωλίγγῃσι μετ' ἀνδράσι Τέκταφος ὦρτο.

Et Nonnus in Dionyſiacis lib. XXVI:

Τέκταφος εἰς μόθον ἦλθεν, ἐκηβόλος, ὅς ποτε κούρη
Χείλεσι πιναλέοισιν ἀληξητήρια πότμου.

Verum cum animadverterem hujus genealogiam

giam eſſe incertam, & ſic meam non procedere conjecturam, tentabam reponere τῷ σκάφει, quod à vulgata ſcriptura non longius recedens, primo intuitu ſpecioſum videbatur, nam pedeſtri itinere Dorus è Theſſalia in Cretam minime pervenire poterat. Denique auctoritate Euſtathii permotus, Κέρκαφον corrigendum cenſui, qui ad Odyſſ. T, voce Τελχίνες interpretata, perhibet, Pelaſgos cum Cercapho ex Phthiotide in Cretam veniſſe, ita enim ille: Πελασγοὺς δέ γε φασὶ νεωστὶ λέγεσθαι τοὺς μετὰ Κερκάφου εἰς Κρήτην ἀποικισθέντας ἐκ τῆς Φθιώτιδος.

144 Καταρράντων.] Corrige: καταράντων à καταίρω appello, deferor. Nauticum verbum. Polybius lib. II: Οἱ δὲ Κέλτοι καταίραντες εἰς τὴν Τυῤῥηνίαν. Tangit noſter ex Androne antiquam de Diomede hiſtoriam: nam is poſt captam Trojam ex Calydone, ubi Agrium cum liberis interfecerat, Argos navigans, tempeſtate cum ſociis quibuſdam, inter quos plurimi numerabantur Dorienſes, in Jonium in mare ejicitur. Venit ad Daunium Dauniorum regem, qui tunc temporis cum Meſſapiis bellum gerebat: rogat Daunius, promiſſa in matrimonium filia & ditionis parte, ut contra Meſſapios auxilium ipſi ſuppeditet. Accipit conditonem Diomedes, cumque prælio fuſis Meſſapiis agrum eſſet conſecutus, Dorienſibus eum, quos ſecum habebat, dividit. Sed liquet ex Androne non omnes in Italiam perveniſſe. Vide Antoninum Liberalem Fab. XXXVII: & Juſtinum lib. XX cap. I.

145 Περὶ Θεσσαλοῦ τοῦ Αἰάτου.] Video ultimam vocem male ſanam eſſe, quid autem ſubſtituam non video: nam Theſſalus Æatem patrem non habuit, ſed Æmonem, uti ex Rhiano in voce Αἱμονία evidenter apparet. Niſi à vulgata lectione longius recederet, reponerem: περὶ Θεσσαλοῦ τοῦ Αἵμονος. Malo tamen editam lectionem retinere, quam temere & ſine fide codicum veſtutiorum aliquid immutare.

SISMANOGLIO

146 Τὴν τετάρτην μοῖραν.] Theſſaliam olim quadripartitam fuiſſe norunt omnes, qui veteris geographiæ paullo ſunt callentiores. Vide ea de re Strabonem lib. IX, & Stephani Epitomen in Φθία. Ex Etymologici Magni Auctore locum producam, ut obiter à nobis emendetur, ita enim ſcribit in Τετραρχία. Τεττάρων μέρων ὄντων τῆς Θετταλίας, ἕκαστον μέρος τετράς ἐκαλεῖτο. ὄνομα δέ φασιν εἶναι ταῖς τετράσι, Θετταλιῶτιν, Φθιῶτιν, Πελασγιῶτιν, Ἀσιῶτιν. Ultima vox corruptiſſima eſt, repono confidenter vel Ἱστιαιῶτιν, ut habet Herodotus lib. I, & noſter hoc in loco, vel Ἑστιαιῶτιν, ut Strabo lib. IX exhibet: utroque enim modo antiquis vox profertur.

147 Πρὸς δυσμῶν τοῦ Πίνδου.] Lege, πρὸς δυσμαῖν τοῦ Πίνδου.

148 Δῶρος, πόλις Φοινίκης.] Hanc de Doro ſectionem Hermolaus hoc modo compendifecit. Δῶρος, πόλις Φοινίκης, ὡς καὶ Ἰώσηπος, καὶ ἄλλοι. τὸ ἐθνικὸν Δωρίτης. Παυσανίας δὲ Δωριεῖς αὐτοὺς φησίν. ἔστιν καὶ Καρίας πόλις. Præterquam quod ſitum non accurate deſcribat, etiam tot ſcriptores illuſtres ſilentio negligit.

149 Μετὰ δὲ ἡ πάλαι Δῶρος.] Dubito vehementer an non compoſite efferendum ſit: Μετὰ δὲ ἡ Παλαίδωρος, νῦν δὲ Δῶρα καλεῖται. Sic enim geographi ſæpiſſime loqui amant. Stephanus: Τύρος, νῆσος ἐν Φοινίκῃ, ἀπὸ Τύρου τοῦ Φοίνικος &c. ἐκλήθη δὲ καὶ Παλαίτυρος, καὶ τὸ ἐθνικὸν Παλαιτύριος.

150 Ἐν ἕκτῃ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας.] Hiſtoriam Judaïcam vocat noſter τὸ Ἀρχαιολογίας opus, cujus

libro v cap. primo allata exempla continentur. Sed mirum eſt hoc opus ita appellari, cum aliis in locis libri Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας à Stephano citentur. Vide in Γαβάθη & Γάβα. Sic etiam περὶ ἁλώσεως libri aliter ab auctore noſtro inſigniuntur in voce Φασηλίς. ὡς Ἰώσηπος ἐν α΄ τοῦ περὶ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πολέμου.

151 Καὶ ἐν δ΄.] Evolvi librum quartum Ἀρχαιολ. ſed verba allegata non inveni: hic itaque latere mendum certiſſimum eſt.

152 Κλαύδιος Ἴουλος.] Variis modis hujus ſcriptoris cognomen in Stephano & alibi exaratum conſpici, fuſius diximus in commentariis ad vocem Ἄκη. Supervacaneum duco illa hic repetere, cum ad finem totius operis properemus.

153 Τῶν δὲ αἰγιαλῶν.] In littore urbem fuiſſe exſtructam etiam manifeſte apparet ex nummo Trajani, cujus inſcriptionem Clariſſimus Sphanhemius nobis ex gaza regis Galliarum ſuppeditavit. ΔΩΡ. ΙΕΡ. ΑϹΥΛ. ΑΥΤΟΝ. ΝΑΥΑΡ. h. e. *Doræ ſacræ, inviolabilis, ſuis legibus, Navarchidos.* Hanc *Navarchidis* appellationem non niſi urbes maritimæ ſibi vindicant.

154 Πορφύρας γόνιμον.] Littus Phœnicicum ubique purpuris fœcundum fuiſſe, auctores antiqui ſatis perhibent. Præcipue tamen circa Tyrum earum piſcatio inſtituebatur, quæ eodem tractu ſita erat.

155 Τεμνόμενοι τὰς πέτρας.] Sic etiam deſcripta exemplaria exhibebant: ſed corrigendum eſt: τεμνόμενοι τὰς πέτρας.

156 Ἔνορμον χηλήν.] Hæc peſſime ſunt contaminata à librariis. Fortaſſis vetus lectio hoc modo eſt reducenda: Καὶ τὸ εὔορμον χεῖλος ὅπως τε ἀσφαλῶς ἔθεντο. Nam τὸ χεῖλος pro cujuſcunque rei margine ſumitur: dicimus enim χεῖλος θαλάσσης, χεῖλος τῶν ποταμῶν &c. Poſſet hic locus etiam non incommode hoc modo legi: καὶ τὴν εὔορμον χηλωνίην ὅπως τε ἀσφαλῶς ἔθεντο. Nam idem denotant τὸ χεῖλος & χηλωνή.

157 Ἐπώνυμον αὐτήν.] Suſpicor τῇ πόλει excidiſſe: ut integer locus ſic ſit legendus: ἐπώνυμον τῇ πόλει αὐτὴν τῇ πατρίῳ γλώσσῃ Δῶρα καλοῦντες.

158 Τῆς φωνῆς εὐπεριφόρου.] Scribendum eſt εὐπεριφόρου, & ita verſio textui Græco reſpondebit. Sed ut verum fatear, videtur totus locus gravius laborare, vel meliorum codicum opem, vel acutiores doctorum conjecturas deſiderare. Non cenſeo tamen Stephanum hic loqui de facili vocis pronunciatione, ſed ſoli terræque fertilitate. Objiciet Lector, oppidum in ſaxoſo littore conditum fuiſſe, quod nullam omnino terræ fertilitatem promittit. Fateor plurimas maritimas urbes per orbem terrarum in rupibus & ſaxis ædificatas eſſe, quæ tractum tamen verſus mediterranea fertiliſſimum poſſident. Tyrum, Berytum, Byblum, Cæſaream, Joppen, aliaſque Doro vicinas urbes in ſaxoſo littore ſitas fuiſſe, multorum teſtimonio evinci poſſet, cum tamen tractus mediterraneus frumentum, oleum, vinum alioſque fructus copioſiſſime proferebat. Anonymus in Ἐξηγήσει τοῦ ὅλου κόσμου, poſtquam de urbibus jam ſupra nominatis loquutus fuerat, ita ſcribit: Πᾶσαι δὲ αἱ προειρημέναι πόλεις ἔνδοξοι, καὶ καρποφόροι ἐν σίτῳ, οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ &c. Fortaſſis levi mutatione totus locus ita eſt conſtituendus: Οἱ δὲ Ἕλληνες, ἀπὸ τοῦ τῆς γονῆς εὐπεριφόρου, καλεῖν ἀρχοῦνται Δῶραν τὴν πόλιν. Quaſi Græci urbem hanc opulentam nominaſſent, quia circumjacens regio valde fertilis, & ad omnem fructum proferendum accommoda fuiſſet. Verum hæc mera conjectura eſt,

g 3 quam

quam nemini obtrudo: hanc quiſque pro lubitu aut repudiat aut amplectatur.

159 Συνεχῶς δ' ἐστὶ Στράτωνος πύργος.] Sic quoque ejus ſitum deſcribit Joſephus lib. XIV cap. VIII de Ant. Jud, Γάζαν τε πρὸς τῇ θαλάσσῃ, καὶ Ἰόππην, καὶ Δῶρα, καὶ Στράτωνος τὸν πύργον.

160 Εἶτα ἔνι Δῶρα.] In margine Antigraphorum correctum erat, εἶτα Ἔνδωρα: & additum, hoc ex Joſepho conſtare, nam in tribu Manaſſitide prope Stratonis turrim hodie oppidulum eſſe, quod etiam nunc *Endor* dicitur. Sed emendationem hanc, cujuſcunque demum ſit, non probo: nam *Endor* oppidum prope Hermonem montem ſitum eſt. Adde quod ἔνι pro ἔνεστι ſatis uſitatum ſit. Ariſtophanes Pluto: Ἔνι γάρ τις ἔνι κίνδυνος ἐν τῷ πράγματι.

161 Τοῦ Καρμήλου.] Juxta hunc montem etiam Joſephus libro II contra Appionem, oppidum collocat, ita enim ille: Ἡ μὲν γὰρ Ἰδουμαία τῆς ἡμετέρας χώρας ἐστὶν ὅμορος, κατὰ Γάζαν κειμένη, καὶ Δῶρα ταύτης ἐστὶν οὐδεμία πόλις. τῆς μέντοι Φοινίκης παρὰ τὸ Καρμήλιον ὄρος Δῶρα πόλις ὀνομάζεται.

162 Ἰόππη προὔχουσα θαλάττῃ.] Hic Alexandri verſus nullis diſtinctionibus interpungebatur, nec in vulgata editione, nec in Antigraphis, quas nos appoſuimus. Vertimus *procurrens in mare*: ſed proprie loquendo Joppe profundo maris adeo vicina non erat, ut urbis mœnia allueret: ante urbem ſitæ erant σπιλάδες προὔχουσαι εἰς τὸ πέλαγος, ut ſcribit Joſephus lib. III de Bel. Jud. cap. XVI eodem utens verbo, quo Alexander: Ἀλίμενος δὲ οὔσης φύσει τῆς Ἰόππης, αἰγιαλῷ γὰρ ἐπιλήγει τραχεῖ, καὶ τὸ μὲν ἄλλο πᾶν ὀρθίῳ, βραχὺ δὲ συννεύοντι κατὰ τὰς κεραίας ἑκατέρωθεν. αἱ δέ εἰσι κρημνοὶ

κρημνοὶ

κρημνοὶ βαθεῖς, καὶ προὔχουσαι σπιλάδες εἰς τὸ πέλαγος. Proprie σπιλάδες ſunt ſaxoſæ eminentiæ circa mare, perpetua undarum percuſſione concavæ. Hinc Plinius lib. V cap. XIII perhibet Joppem colli inſidere, ita enim ille: *Altera intus Joppe Phœnicum, antiquior terrarum inundatione, ut ferunt, inſidet colli, præjacente ſaxo* &c.

163 Ἔφυγεν εἰς Πτολεμαΐδα τὴν Ἄκην λεγομένην.] Plinius lib. V cap. XIX. *Juxta colonia Claudii Cæſaris Ptolemaïs, quæ quondam Ace.* Verum hac de re prolixius ad Stephani Epitomatorem. Quod autem Charax tradat, Tryphonem ab Antiocho Dori obſeſſum in Ptolemaïdem profugiſſe, dubito an verum ſit, cum Joſephus lib. XIII cap. XII: Ἀρχαιολ. referat, in Apameam aufugiſſe. Ὁ μὲν γὰρ Τρύφων ἐκ τῆς Δώρας φυγὼν εἰς Ἀπάμειαν, καὶ ληφθεὶς ἐν αὐτῇ τῇ πολιορκίᾳ διεφθάρη, βασιλεύσας ἔτη τρία.

164 Ὡς εἴρηται.] Hac de re noſter mentionem facit in voce χώρα, ubi perhibet à χῶρος & χώρα deduci τὸ χωρίτης. Vide etiam quæ diximus ad vocabulum Ἄβδηρα: ubi etiam nunc iſtius canonis veſtigia quædam ſuperſunt.

165 Σκίρος Σκιρίτης.] Inſerenda particula ὡς & legendum: ὡς Σκίρος Σκιρίτης &c.

166 Μέσος Μεσίτης.] Ut Stephanus analogiam gentilium probet, ſæpiſſime τὰ προσηγορικὰ propriis, & illa rurſum appellativis comparat atque commiſcet. Ubi commentaria noſtra ad Stephani Epitomen lucem viderint publicam, illuſtriſſima hujus rei exempla ad vocem Ἄμφισσα ſuppeditabunt.

167 Δίολκος διολκίτης.] Vide in Ἄβδηρα, ubi eadem vox occurrit.

168 Παυσανίας.] Doctiſſimus Bochartus, tantum

tum

SISMANOGLIO

tum Stephani epitomen habens, exiſtimabat in hiſce verbis de Græcis Dorienſibus aut ſupplendum eſſe aliquid, aut pro Παυσανίας legendum Πετρώνιος: hujus enim in Joſepho exſtare epiſtolam, in qua Doræ urbis incolæ pro Doritis dicuntur Dorienſes: Πούπλιος Πετρώνιος πρεσβευτὴς Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ Δωριέων τοῖς πρώτοις λέγει. Verum cum & Epitome & genuinum Fragmentum conſtanter Παυσανίας exhibeant, hunc locum minime ſollicitandum duco; præſertim hac ratione perſuaſus, quod certus non ſim, Petronium de coloniis ſuæ patriæ conſcripſiſſe.

169 Καρικὸς φόρος Δῶρος.] Si vel præcedentia vel ſubſequentia hujus loci allegati proſtarent, ejus explicationem, & ſi quid in eo corruptum conſpiceretur, emendationem quoque tentaremus. Fortaſſis legendum eſt: Καρικὴ πόλις Δῶρος, Φασηλιτῶν. Si quis certius quid afferat, nec mihi nec aliis in hoc ſtudiorum genere verſantibus, ingratum fecerit.

170 Δώπιον, πόλις Θεσσαλίας.] Hermolaus Stephani Epitomator hanc ſectionem hoc modo in compendium redegit. Δώπιον, πόλις Θεσσαλίας, ὅπου μετῴκησαν οἱ Κνίδιοι, ὧν ἡ χώρα Κνιδία, ἀπὸ Δωτίας τῆς Ἐλάτου κληθεῖσα, ἢ ἀπὸ Δώπιος, ἢ ἀπὸ Δώτου. ὁ πολίτης, Δωτιεύς. τὸ θηλυκὸν, Δωτιὶς, καὶ Δωτιάς.

171 Καλλίμαχος ἐν ὕμνοις.] Locus reperitur Hymno in Cererem: ſed locum in Stephano correximus, male enim legebatur: Οὔπω τὰν Κνιδίαν &c.

172 Ἐλάτου.] Fortaſſis hic idem eſt, à quo Elatea, vel Phocidis vel Theſſaliæ urbs, nomen ſortita eſt. Vide Epitomatorem iſthac voce.

173 Ὡς δὲ Ἀρχῖνος.] Non dubito quin hic idem

idem ſit, quem Scholiaſtes ad Pindari Pyth. Od. III Ἀρχῖνον vocans, de rebus Theſſalicis ſcripſiſſe perhibet. Quid ſit præferendum, alii judicabunt.

174 Ἐλαφρὸς ἐν δυσκήματι.] Hic valde putre latet ulcus, quod ſine ope melioris codicis ne accutiſſimus quidem ſanare poterit: nam præterquam quod hæc Sophoclis ex Lariſſæis verba plane ſunt δύσκημα καὶ ἄφρονα, etiam in prima editione ſine diſtinctionum notulis circumferuntur, quas pro arbitrio appoſui: imo ante τὸ καὶ ἐν Λημνίαις προτέραις, tam neceſſario πλειοστιγμὴ requirebatur, ut nemo ægre feret, me eam ibi poſuiſſe. Inſuper in Antigrapho non inveni ἐλαφρὸς, ſed τὸ ελαχος, ſpiritu & accentu carens, unde conjicio ſcribendum eſſe ἐλαχύς. Verum quid ſibi velit ἐν δυσκήματι, fateor ingenue me ignorare. Senſus erit clarior, ſi integrum locum ſine defectus nota hunc in modum conſtituamus: Καί μοι ῥίπτοντι Δωτιεὺς ἀνὴρ ἄγχου προσῆψεν ἐλαχὺς, εὐθὺς σκήνημά τι. Si quis præſtantiora huic loco præbia noverit, ea communicet.

175 Καὶ ἐν Λημνίαις προτέραις.] Etiam hæc referenda ſunt ad Sophoclem, qui ſine dubio Tragœdiam hac appellatione divulgavit. Pindari Scholiaſta ad Pyth. Od. IV: Σοφοκλῆς ἐν ταῖς Λημνίαις τῷ δράματι. Vide etiam Stephani Epitomatorem in Χρύση; Heſychium plurimis locis, & alios. Argumentum hujus dramatis fabula erat, quam Hyginus cap. XV deſcribit, & alibi ſæpe meminit: *In inſula Lemno mulieres Veneri ſacra aliquot annos non fecerant, cujus ira viri earum Threſſas uxores duxerunt, & priores ſpreverunt. At Lemniades ejuſdem Veneris impulſu conjuratæ, genus virorum omne, quod ibi erat, interfece-*

SISMANOGLIO

fecerunt, præter Hypſipylen, quæ patrem ſuum Thoantem clam in navem impoſuit, quem tempeſtas in inſulam Tauricam detulit, &c. Vide quoque hac de re Apoll. Rhodium lib. I: Valer. Flaccum lib. II: Statium lib. V Theb: & Ovidium Heroid. Epiſt. VI. Hæc profecto materia Sophocleo cothurno non indigna fuit. Nec turbet quemquam, quod Λημνίαις προτέραις dicat: tali enim ſigno manifeſte liquet, hoc δρᾶμα populo tam gratum atque acceptum fuiſſe, ut Sophocles id deinde impenſiore cura interpolaverit, & in ſcenam introduxerit. Sic ſcribit Ariſtophanis Scholiaſtes ad Ranas: Οὕτως δὲ ἐθαυμάσθη τὸ δρᾶμα Βάτραχοι, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ παράβασιν, ὥστε καὶ ἀνεδιδάχθη. Galenus de ſalubri Diæta talem fabulam nominat τὸ δρᾶμα ἐκ τοῦ προτέρου διεσκευασμένον. Fabulæ itaque correctæ, & quaſi pro novis rurſum in ſcenam delatæ, δεύτεραι veteribus, & illæ ex quibus erant confectæ πρότεραι dicebantur. Aulus Gelius Noct. Att. lib. XV cap. XX Ariſtophanem citat ἐν ταῖς προτέραις Θεσμοφοριαζούσαις, ubi fabulam non interpolatam intelligit, ut & Stephanus, τὰς προτέρας Λημνίας adducens. Verum huic materiæ nolo diutius inhærere, cum viri doctiſſimi eam ante nos fuſius pertractaverint. Hoc obiter admonendum, ex *prioribus Lemniadibus* non apparere Sophoclis verba, quæ an perierint, an vero ſolummodo locum, non expreſſis verbis, Stephanus indicaverit, aliis dijudicandum relinquo.

176 Φερηκίδας.] Quid ſi reponamus Φερηκύδης, uti etiam ſupra eadem hac ſectione legimus?

177 Ἄδμητος ἤδ᾽ ὁ Δωλιεὺς, Λαπίθης Κορωνός.] Hæc contaminata à tranſcriptoribus videntur. Fortaſſis emendandum: Ἄδμητος ὢν ὁ Δωλιεὺς, Λαπί-

θης Κορωναῖος. Non accipio τὸ Λαπίθης pro nomine gentili, ſed proprio.

178 Τελείη.] Et hoc neſcio quid occultet vulneris. Reſcribendum videtur τελείως.

179 Ἐν Πηλεῖ.] Vide Stephani Epitomatorem in Κυκνῖτις.

180 Ἐν Ῥόδου κτίσ.] Hoc opere deſcribuntur coloniæ in Rhodum deductæ, non vero prima inſulæ origo, quæ referri poſſet ad celeberrimum illum terræ motum, quo Delus, Rhodus aliæque famoſiſſimæ inſulæ exortæ ſunt, de quibus ſcribit Ammianus Marcellinus lib. XVII, & alii auctores.

181 Ἀσμονιῆες.] Certum eſt hanc vocem aliquo laborare vitio, nam gentem hoc nomine non norunt geographi. Non dubito quin olim ſcripſerit Stephanus vel Αἱμονιῆες, vel Ἀκμονιῆες. Hiſtoria cum ſpiſſis tenebris ſit involuta, nihil certi poſſum ſtatuere, an Theſſalos an vero Phrygas intellexerit Apollonius Rhodius. Malim tamen Theſſalos intelligere, in hac Theſſalica civitate opus aliquod ſuſcipientes; nam tota Theſſalia olim Æmonia dicta fuit, teſtibus Plinio, Heſychio, Stephano & aliis.

182 Ἀντίμαχος ἐν β΄ Λύδης.] Primo intuitu cenſebam legendum eſſe, Ἀντίμαχος ἐν β΄ τῆς Λυδίας: ſed obſervavi poſtea hoc indice Antimachi opus veteribus notum fuiſſe. Scholiaſtes ad Apol. Rhod. lib. I. Ἀντίμαχος δὲ ἐν τῇ Λυδῇ φησὶν, ἐκβιβασθέντα τὸν Ἡρακλέα διὰ τὸ καταβαρεῖν τὴν Ἀργὼ ὑπὸ τοῦ ἥρωος.

183 Καὶ κελάδων Σπερχειός.] Ut hic Dionyſii verſus ſuo conſtet metro, legendum videtur:

Καὶ κελάδων Σπερχειὸς ἔχουσί σε Δώπα Τέμπη.

Sperchius fluvius eſt Theſſaliæ, cujus deſcriptionem apud Strabonem lib. IX legimus. Hujus

etiam meminit Lycophron cujus verba huc tranſcribam, ut emendentur:

> Λάρυμνα, καὶ Σπέρχιε, καὶ Βοάγριε,
> Καὶ Κῦνε, καὶ Σκάρφεια, καὶ Φαλωριάς,
> Καὶ Ναρύκειον ἄστυ, καὶ Θρονίτιδες
> Λοκρῶν ἀγυιαὶ, καὶ Πυράνθιοι νάπαι,
> Καὶ πᾶς Ὀδοιδόκειος Ἰλέως δόμος, &c.

Primo quidem in mendo cubat τὸ Φαλωριάς, nam cum hic de Locris agat, procul dubio legendum eſt Φαλάριας, & ſubaudiendum ἄκρα. Phaloria enim quæ eſt in Iſtiæotide, nimis longe à Sperchio ſita eſt. Poſtea pro Πυράνθιοι emendandum eſt Πυράσιοι: nam Pyraſus eſt urbs Melienſium in eodem tractu, de quo agit. Et denique pro Ἰλέως, mallem legere Ὀϊλέως. Fuit enim Oïleus filius Odœdoci ſecundum Lycophronem hoc loco, quem preſſo pede ſequitur Euſtathius ad Iliad. B. pag. 277, ubi ſic legendum eſt: Ὠνόμασται δὲ Κῦνος, ἀπὸ Κύνου Λοκροῦ ἀνδρός. Ὀποῦντιος γάρ φασι Κῦνος, οὗ Ὀδοιδόκος, οὗ Ὀϊλεύς. Ergo non bene conſtituta mihi videntur verba Hygini in recenſione Argonautarum Fab. XIV: *Oileus Leodoci & Agrianomes Perſeonis filiæ filius, ex urbe Naricea.* Hunc locum ita emendaveram: *Oïleus Odœdoci & Agrianomes Perſeonis filiæ filius, ex urbe Narycia.* Præterea τὸ *Agrianomes* ſuſpectum eſt, perhibet enim Euſtathius loco jam allegato, *Laonomen* habuiſſe conjugem, qua appellatione multæ olim fœminæ inſigniebantur. Sed ad Stephanum revertamur.

184 Καὶ κενεὸν κρότησε &c.] In hoc verſiculo duo ſunt corrigenda vitia, ut metri lex probe conſtet. Lego:

> Καὶ κενεὸν ἐκρότησε λέβητ' ἀνὰ Δώτιον Ἄργος.

185 Τοῦ ποιητοῦ.] Vide Homerum Iliad. B.

186 Συν-

186 Συντάσσει γὰρ τοῦτο τοῖς διχογραφουμένοις.] Hinc conſtat manifeſtiſſime, inter antiquos acerrime fuiſſe diſputatum, an Thamyris in Theſſaliæ Dotienſi campo, an vero in Dorio Peloponneſi excæcatus fuerit. Contrarias Homeri & Heſiodi ſententias ex Ori de Gentilibus Opere in medium adducit Stephanus. Sed Orus, ut omnem diſputationem atque dubitationem tollat, loci nomen collocavit inter illa, quæ duobus modis exarantur, & Dotium & Dorium pro uno eodemque loco accipit. Verum longe alia mens fuit Stephano, Dotium à Dorio diſtinguenti, nam hæc mox ſubjicit: Ἡμεῖς γε προύθεμεν δείξαντες διὰ πολλῶν μαρτυριῶν, ἕτερον διὰ τοῦ Ρ Δώριον, καὶ ἕτερον τὸ διὰ τοῦ Τ Δώτιον. Nos vero diſputationem hanc in medio relinquimus, cum pro utraque opinione nec pauca, nec contemnenda allegari poſſent.

187 Ἔαρες, ἔθνος Ἰνδικόν.] Hic ultimus eſt locus, qui etiam ad genuinum Stephani Fragmentum, ex membranis Seguierianis depromptum, pertinet. Eum Hermolaus hoc modo in compendium redegit. Ἔαρες, ἔθνος Ἰνδικὸν, τῶν μετὰ Δηριάδου Διονύσῳ πολεμησάντων. De loco Dionyſii ex libro IV Baſſaricorum nullam omnino mentionem facit.

188 Δηριάδου.] Ita reſcribere placuit pro Δειράδου, ſuadentibus antigraphis, Hermolai epitome, & aliis locis, ubi de illo Indorum rege memoria reperitur. Vide quoque paſſim Nonni Dionyſiaca, atque alios.

INDEX.
AUCTORUM

Qui in hiſce Animadverſionibus vel citantur vel emendantur.

Numerus paginam indicat.

Abronis Denominativa. 24.
Æſchylus. 26.
Agathemeri Geographia. 32.
Ammianus Marcellinus. 59.
Anna Comnena. 22.
Anonymi Vetus Orbis deſcriptio. 53.
Antonini Itinerarium. 3.
Antoninus Liberalis. 13. 56.
Apollodorus. 18. 38. 39.
Apollonius Rhodius. 21. 38.
Appianus Alexandrinus. 16. 18. 58.
Apulejus emend. 47.
Ariſtophanes. 54.
Ariſtoteles. 45.
Athenæus. 7. 14. 21.
Aulus Gellius. 58.

Cæſaris Commentaria. 21.
Cicero. 49.
Chariſius Soſipater. 32.
Claudianus. 37.
Conſtantinus Porphyrogenneta. 17.
Emend. 18.

Didymus emend. 49.
Diodorus Siculus. 7. 22.
Dio Nicæus. 19.
Dionyſius de Situ Orbis. 21.

Etymo-

Etymologici Magni Auctor. 4. 11. 12. 18. 25. 29. 48.
Emendatus. 5. 30. 51.
Euripides. 8.
Euſebius Præp. Euang. 47.
Euſtathius ad Homerum. 4. 11. 34. 39. 40. 46. 50.
Tentatus. 41.
Emendatus. 60.
---- *Ad Dionyſium.* 19. 33.

Galenus. 21. 58.

Herodotus. 34. 39. 47.
Heſiodus emend. 27.
Heſychius. 3. 11. 27. 34.
Hieronymus emendatus. 15.
Homerus. 11. 45 & 46.
Explic. 48.
Horatius. 38.
Hyginus. 57.
Emend. 60.

Joſephus. 54. 55. 56.
Juſtinus. 37. 50.

Livius. 4. 5. 11. 38.
Lucianus. 47.
Lycophron emend. 60.
Mela. 4. 17.

Nonni Dionyſiaca. 49.

Origines contra Celſum. 27. 39.
Ovidius. 14. 58.

Pauſanias. 4. 6. 7. 8. 18. 22. 23. 24. 33.
Philo. 18. 21.
Plautus. 17.
Plinius. 4. 14. 17. 42. 55.
Plutarchus. 29.

Poly-

SISMANOGLIO

Polybius. 8. 50.
Tentatus 5. & 6.
Ptolemæus emend. 19.

Quintilianus. 11.

Scholiaſtes Ariſtophanis. 58.
---- *Apollonii Rhodii*. 27. 35. 38.
---- *Callimachi*. 11. & 12.
---- *Lycophronis*. 5. *Emend*. 9.
---- *Pindari*. 28. 57.
---- *Sophoclis*. 39.
Scylax Caryandenſis 20.
Scumnus Chius. 18.
Servius. 34. 35.
Statius. 58.
Strabo. 4. 8. 9. 10. 18. 20. 23. 26. 27. 28. 31. 36. 39. 40. 41. 42. 49. 51.
Emend. 44.

Suidas. 18. 41.

Themiſtius. 40. 46.

Valerius Flaccus. 38. 58.

FINIS.

ΑΝΝΩΝΟΣ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

HANNONIS CARTHAGINENSIUM REGIS PERIPLUS.

LUGD. BATAV.
Apud DANIELEM à GAESBEECK.
cIↃ IↃcLXXIV.

SISMANOGLIO

ΑΝΝΩΝΟΣ
ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ

Τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλέους στήλας Λιβυκῶν τῆς γῆς μερῶν, ὃν καὶ ἀνέθηκεν ἐν τῷ τοῦ Κρόνου τεμένει, δηλοῦντα τάδε.

ἜΔΟΞΕΝ Καρχηδονίοις, Ἄννωνα πλεῖν ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων, καὶ πόλεις κτίζειν Λιβυφοινίκων. καὶ ἔπλευσεν, πεντηκοντόρους ἑξήκοντα ἄγων, καὶ πλῆθος ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, εἰς ἀριθμὸν μυριάδων τριῶν, καὶ σῖτα, καὶ τὴν ἄλλην παρασκευήν. ὡς δ' ἀναχθέντες, τὰς στήλας παρημείψαμεν, καὶ ἔξω πλοῦν δυοῖν ἡμερῶν ἐπλεύσαμεν, ἐκτίσαμεν πρώτην πόλιν, ἥν τινα ὠνομάσαμεν Θυμιατήριον. πεδίον δ' αὐτῇ μέγα ὑπῆν. κἄπειτα πρὸς ἑσπέραν ἀναχθέντες, ἐπὶ Σολόεντα Λιβυκὸν ἀκρωτήριον, λάσιον δένδρεσι συνήλθομεν. ἔνθα Ποσειδῶνος ἱερὸν ἱδρυσάμενοι, πάλιν ἐπέβημεν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ἡμέρας ἥμισυ.

ἄχρι

HANNONIS
CARTHAGINENSIUM REGIS
PERIPLUS

Partium Libycarum ultra Columnas Herculeas, quem in æde Saturni dedicavit, ſequentia detegentem.

Placuit Carthaginenſibus ut Hanno navigaret extra columnas Herculis, & urbes Libyphœnicum conderet. Navigavivit igitur & claſſem navium ſexaginta, quarum ſingulæ remis quinquaginta agebantur, ſecum abduxit. Iis magnus hominum numerus, virorum & mulierum ad triginta millia, & annona, & apparatus varius vehebantur. Poſtquam autem ſoluimus, & extra columnas biduum navigando conſumpſimus, primam à nobis conditam civitatem Thymiaterium nominavimus: huic ampla planicies ſubjecta erat: inde ad occaſum provecti (rurſus) ad Soluntem Libyæ promontorium arboribus opacum convenimus, ubi condito Neptuni delubro, rurſus ad orientem

dimi-

ἄχρι ἐκομίσθημεν εἰς λίμνην οὐ πόρρω
τῆς θαλάττης κειμένην, καλάμου με-
στὴν πολλοῦ καὶ μεγάλου. ἐνῆσαν δὲ καὶ ἐλέ-
φαντες, καὶ τἆλλα θηρία νεμόμενα
πάμπολλα. τήν τε λίμνην παραλλά-
ξαντες ὅσον ἡμέρας πλοῦν, κατῳκήσα-
μεν πόλεις πρὸς τῇ θαλάττῃ καλουμέ-
νας, Καρικόν τε τεῖχος, καὶ Γύττην, καὶ
Ἄκραν, καὶ Μέλιτταν, καὶ Ἄραμβυν.
κἀκεῖθεν δ' ἀναχθέντες, ἤλθομεν ἐπὶ
μέγαν ποταμὸν Λίξον, ἀπὸ τῆς Λιβύης
ῥέοντα. παρὰ δ' αὐτὸν, νομάδες ἄν-
θρωποι Λιξῖται, βοσκήματ' ἔνεμον, παρ'
οἷς ἐμείναμεν ἄχρι τινὸς, φίλοι γενό-
μενοι. τούτων δὲ καθ' ὕπερθεν, Αἰθίο-
πες ᾤκουν ἄξενοι, γῆν νεμόμενοι θη-
ριώδη, διειλημμένην ὄρεσι μεγάλοις,
ἐξ ὧν ῥεῖν φασι τὸν Λίξον. περὶ δὲ τὰ ὄρη,
κατοικεῖν ἀνθρώπους ἀλλοιομόρφους
Τρωγλοδύτας. οὓς ταχυτέρους ἵππων
ἐν δρόμοις ἔφραζον οἱ Λιξῖται. λαβόν-
τες δὲ παρ' αὐτῶν ἑρμηνέας, παρε-
πλέομεν τὴν ἐρήμην πρὸς μεσημβρίαν,
δύο

dimidii diei navigatione converſi, in ſtagnum non procul à mari diſtans, multis & magnis arundinibus refertum pervenimus: in quo elephanti & aliæ feræ permultæ paſcebantur. Tum hoc ſtagno ad iter diei præterito, civitates maritimas condidimus, quarum hæc ſunt nomina: Caricus murus, Gytte, Acra, Meliſſa & Arambys. Inde ſolutis navibus ad Lixum flumen magnum appulimus, quod è Libya fluit. Juxta id Nomades (.i. e. paſtorales homines) Lixitæ, ſua pecora paſcebant: quibuſcum amicitia inita aliquamdiu manſimus. Supra hos terram incolebant Æthiopes inhoſpitales, quorum regio feris referta eſt, & montibus magnis intercepta, è quibus Lixum profluere ajunt: & montes illos inhabitari à Troglodytis peregrinæ formæ hominibus: quos vel equis curſu perniciores Lixitæ nobis eſſe narrabant. Acceptis deinde interpretibus à Lixitis, oram deſertam ad meridiem bidui itinere legebamus: inde ad orientem unius

i 3 diei

SISMANOGLIO

δύο ἡμέρας. ἐκεῖθεν δὲ πάλιν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, ἡμέρας δρόμον. ἔνθα εὕρομεν ἐν μυχῷ τινος κόλπου, νῆσον μικράν, κύκλον ἔχουσαν σταδίων πέντε. ἣν κατῳκήσαμεν, Κέρνην ὀνομάσαντες. ἐτεκμαιρόμεθα δ' αὐτὴν ἐκ τοῦ περίπλου, κατ' εὐθὺ κεῖσθαι Καρχηδόνος. ἐῴκει γὰρ ὁ πλοῦς, ἔκ τε Καρχηδόνος ἐπὶ στήλας, κἀκεῖθεν ἐπὶ Κέρνην. τοὐντεῦθεν εἰς λίμνην ἀφικόμεθα, διά τινος ποταμοῦ μεγάλου διαπλεύσαντες, Χρέτης. εἶχεν δὲ νήσους ἡ λίμνη τρεῖς, μείζους τῆς Κέρνης. ἀφ' ὧν ἡμερήσιον πλοῦν κατανύσαντες, εἰς τὸν μυχὸν τῆς λίμνης ἤλθομεν. ὑπὲρ ἣν ὄρη μέγιστα ὑπερέτεινεν, μεστὰ ἀνθρώπων ἀγρίων, δέρματα θήρεια ἐνημμένων. οἳ πέτροις βάλλοντες, ἀπήραξαν ἡμᾶς, κωλύοντες ἐκβῆναι. ἐκεῖθεν πλέοντες, εἰς ἕτερον ἤλθομεν ποταμὸν μέγαν καὶ πλατὺν, γέμοντα κροκοδείλων καὶ ἵππων ποταμίων. ὅθεν δὴ πάλιν ἀποστρέψαντες, εἰς Κέρνην ἐπανήλθομεν.

ἐκεῖ-

diei curſu navigavimus, & in ſinus cujuſdam receſſu inſulam paruam deprehendimus, ſtadiorum quinque ambitu: in qua habitatores reliquimus, & Cernen nominavimus. Eam, inita navigationis ratione recta, Carthagini oppoſitam eſſe conjiciebamus. Navigatio enim à Carthagine ad Columnas, & à Columnis ad Cernem reſpondebat. Hinc venimus in ſtagnum, magno flumine trajecto, quod Chretes appellatur. Id ſtagnum inſulas tres amplectebatur, majores quæ Cerne. Ab iis navigatione diei interiorem ſtagni receſſum attigimus: ibi ſtagno montes maximi imminebant, ſylueſtribus hominibus inhabitati, pelles ferinas inditis, qui lapidum conjectu nos repulſos egreſſum prohibuerunt: Exinde navigando ad alium amnem, magnum latumque, crocodilis & equis fluviatilibus plenum devenimus. Tum retrogreſſi Cernen repetivimus. Et ab ea meridiem verſus per duodecim dies oram prætervecti, (quam univer-

ſam

ἐκεῖθεν δὲ, ἐπὶ μεσημβρίας ἐπλεύσα-
μεν δώδεκα ἡμέρας, τὴν γῆν παρα-
λεγόμενοι. ἣν πᾶσαν κατῴκουν Αἰθίο-
πες, φεύγοντες ἡμᾶς, καὶ οὐχ ὑπομέ-
νοντες. ἀσύνετα δ' ἐφθέγγοντο, καὶ τοῖς
μεθ' ἡμῶν Λιξίταις. τῇ δ' οὖν τελευ-
ταίᾳ ἡμέρᾳ, προσωρμίσθημεν ὄρεσι
μεγάλοις δασέσιν. ἦν δὲ τὰ τῶν δένδρων
ξύλα εὐώδη τε καὶ ποικίλα. περιπλεύ-
σαντες δὲ ταῦτα ἡμέρας δύο, γινόμεθα
ἐν θαλάττης χάσματι ἀμετρήτῳ. ἧς
ἐπὶ θάτερα πρὸς τῇ γῇ, πεδίον ἦν.
ὅθεν νυκτὸς ἀφεωρῶμεν, πῦρ ἀναφε-
ρόμενον πανταχόθεν κατ' ἀποστάσεις. τὸ
μὲν πλέον, τὸ δ' ἔλαττον. ὑδρευσάμε-
νοι δ' ἐκεῖθεν, ἐπλέομεν εἰς τοὔμπρο-
σθεν ἡμέρας πέντε παρὰ γῆν. ἄχρι ἤλ-
θομεν εἰς μέγαν κόλπον, ὃν ἔφασαν οἱ
ἑρμηνέες καλεῖσθαι, Ἑσπέρου Κέρας. ἐν
δὲ τούτῳ, νῆσος ἦν μεγάλη, καὶ ἐν τῇ νή-
σῳ, λίμνη θαλασσώδης. ἐν δὲ ταύτῃ
νῆσος ἑτέρα. εἰς ἣν ἀποβάντες, ἡμέρας
μὲν, οὐδὲν ἀφεωρῶμεν, ὅτι μὴ ὕλην.
νυκτὸς

ſam Æthiopes tenebant: pavidi & aſpectus noſtri impatientes, lingua autem noſtris etiam interpretibus Lixitis incognita utebantur,) ultimo tandem (hoc eſt duodecimo) die ad magnos & ſylvoſos montes appulimus. Sylvæ conſtabant arboribus, quarum lignum odoratum & varium erat. His montibus bidui navigatione circuitis, in immenſum maris hiatum incidimus: ad cujus alteram partem continenti adjunctam, campus patebat: è quo noctu ignis ex omnibus locis per intervalla emicare cerebamus, alios majores, alios minores. Illic aquati, antrorſum per dies quinque juxta litus perreximus, donec ſinum ingentem, quem interpretes Heſperu Ceras (id eſt, Veſperi Cornu) vocabant, contigimus. In eo inſula erat magna: & in ipſa inſula lacus marinus: in quo rurſus inſula alia. In hanc progreſſi, interdiu aliud præter ſylvam nihil videbatur, noctu verò ignes multos ardentes: & voces tibiarum, ſonos cymbalorum, ictus tympanorum, & clamorem in-

νυκτὸς δὲ, πυρά τε πολλὰ καιόμενα, καὶ φωνὴν αὐλῶν ἠκούομεν, κυμβάλων τε καὶ τυμπάνων πάταγον, καὶ κραυγὴν μυρίαν. φόβος οὖν ἔλαβεν ἡμᾶς. καὶ οἱ μάντεις ἐκέλευον, ἐκλείπειν τὴν νῆσον. ταχὺ δ' ἐκπλεύσαντες, παρημειβόμεθα χώραν διάπυρον θυμιαμάτων. μεστοὶ δ' ἀπ' αὐτῆς πυρώδεις ῥύακες, ἐνέβαλλον εἰς τὴν θάλατταν. ἡ γῆ δ' ὑπὸ θέρμης, ἄβαλος ἦν. ταχὺ οὖν κἀκεῖθεν φοβηθέντες ἀπεπλεύσαμεν. τέτταρας δ' ἡμέρας φερόμενοι, νυκτὸς τὴν γῆν ἀφεωρῶμεν, φλογὸς μεστήν. ἐν μέσῳ δ' ἦν ἠλίβατόν τι πῦρ, τῶν ἄλλων μεῖζον, ἁπτόμενον ὡς ἐδόκει τῶν ἄστρων. τοῦτο δ' ἡμέρας, ὄρος ἐφαίνετο μέγιστον, Θεῶν Ὄχημα καλούμενον. τριταῖοι δ' ἐκεῖθεν, πυρώδεις ῥύακας παραπλεύσαντες, ἀφικόμεθα εἰς κόλπον, Νότου Κέρας λεγόμενον. ἐν δὲ τῷ μυχῷ, νῆσος ἦν, ἐοικυῖα τῇ πρώτῃ, λίμνην ἔχουσα. καὶ ἐν ταύτῃ, νῆσος ἦν ἑτέρα, μεστὴ ἀνθρώπων ἀγρίων. πολὺ δὲ πλείους ἦσαν

numerum audiebamus. Quamobrem territi, cum vates quoque inſulam deſerere nos juberent, celeriter (è ſinu illo) evecti, Thymiamatum regionem ignitam legebamus: à qua torrentes ignei in mare exundabant Nimium ejus terræ æſtum, calcantium veſtigia non ferebant. Itaque ab hoc etiam loco ocyus receſſimus: & quadridui navigatione provecti, noctu terram flammis plenam videbamus. Apparebat autem in medio excelſus quidam & cæteris major ignis, ipſis ut videbatur, aſtris contiguus: erat is, ut interdiu cernebamus, mons maximus, Theon Ochema dictus. Inde triduana navigatione, igneis torrentibus præteritis, ſinum offendimus Notu Ceras (id eſt Auſtri cornu) nomine. In cujus intimo receſſu inſula erat, ſimilis prædictæ, quæ & lacum ſimiliter cum alia inſula, hominum nationi ſylveſtri frequentata, continebat. Erant autem multò plures viris mulieres, corporibus hirſutæ: quas interpretes noſtri Gorillas vocabant. Nos

 perſe-

ἦσαν γυναῖκες, δασεῖαι τοῖς σώμασιν. ἃς οἱ ἑρμηνέες, ἐκάλουν Γορίλλας. διώκοντες δὲ, ἄνδρας μὲν συλλαβεῖν οὐκ ἠδυνήθημεν. ἀλλὰ πάντες μὲν ἐξέφυγον, κρημνοβάται ὄντες, καὶ τοῖς μετρίοις ἀμυνόμενοι. γυναῖκας δὲ τρεῖς, αἳ δάκνουσαί τε καὶ σπαράττουσαι τοὺς ἄγοντας, οὐκ ἤθελον ἕπεσθαι. ἀποκτείναντες μέντοι αὐτὰς, ἐξεδείραμεν, καὶ τὰς δορὰς ἐκομίσαμεν εἰς Καρχηδόνα. οὐ γὰρ ἔτι ἐπλεύσαμεν προσωτέρω, τῶν σίτων ἡμᾶς ἐπιλιπόντων.

ΤΕΛΟΣ.

perſequendo virum capere ullum nequivimus: omnes enim per præcipitia, quæ facile ſcandedebant, & lapides in nos conjiciebant, evaſerunt. Fœminas tamen cœpimus tres, quas, cùm mordendo & lacerando abductuтis reniterentur, occidimus, & pelles eis detractas in Carthaginem retulimus. Neque enim ultra navigavimus, cum annona deficeret.

FINIS.

CONRADI GESNERI
AD
HANNONIS PERIPLUM.
Extemporaneæ Annotationes.

HAnno apud Plinium & alios fere Latinos ſcriptores aſpirant, forte propter regulam Grammaticorum, qui α. aute ν. lævigandum præcipiunt, præterquam in ἁνδάνω quoniam id fiat ab ἥδω: quod nos in Græcis vocabulis admittimus, in Ebraicis & aliarum linguarum non item, quoniam Punica lingua, ſicuti totius ferè Africæ, ut Joan. Leo Africanus teſtatur, ab Ebraica originem duxit. Hannan autem Hebræis gratificari ſignificat: inde Hanno derivatum conjico, & ſignificare gratioſum: vel potius qui alias gratificatur, beneficum, εὐεργέτην: (Hannan quidem viri nomen non ſemel in ſacris libris legitur:) & Hannibal, id eſt, gratioſus princeps, (vel dominus caſtrorum: nam hanah Ebræis metari aut tenere caſtra ſignificat, ut doctiſſimus præceptor meus me admonuit.) & Annas dempta aſpiratione: & Johannes, vel Ananias, id eſt, Deo gratus, quod Græcè Theophilum ſonat. Quamobrem non laudo Pontani ſententiam, qui his vocabulis non aſpirare mavult. Ἄνωνος (perperam pro Ἄννωνος) πλάνας. Leguntur apud Athenæum libr. 3. in mentione citrei mali: Jubas (inquit) Maurusiorum rex, citrum tradit ab Afris vocari malum Heſpericum: ſed delectetur ille Libycis libris & erroribus Annonis: (tanquam in iſtis inuſitata quædam Græcis vo-

cis vocabula contineantur.) Annus (Ἄννος) quidam Ægyptius clibanum inveniſſe dicitur: unde ortum eſt proverbium: Annus clibanum, de iis qui novi aliquid inveniſſent, author Suidas. Hanno Carthaginenſis, Philippi Macedonis temporibus. Qui Carthagine privatis opibus potens, regnum adfectans: & in filiæ nuptiis principes civitatis veneno necare, prodito à miniſtris conſilio, fruſtra cogitans: alia adgreſſus via ſervitia concitat, quibus incautam urbem opprimat: quo etiam civibus proviſo ac vitato periculo, ipſe demum in caſtellum munitum ſeſe recipiens, Afros Maurorumque regem armavit. Captus poſtremo, ac primum virgis cæſus, deinde effoſſis oculis, & manibus cruribuſque fractis, cruci adfixus eſt: ac incognatos omnes etiam animadverſum. Ex Trogo libro 12. Hannon item Carthaginenſis alius Agathocli cum triginta millibus Pœnorum obvius factus, conſerta pugna occiſus eſt, Trogus libr. 22. Hanno factionis Bracchinæ, qui cum optima conſuleret Carthaginenſibus de pace, nequaquam exauditus eſt. Author Livius lib. 1. & ultimo de bello Punico: apud quem prudentiſſimas orationes hujus & Aſdrubalis legere licet. Ἄννων λέοντα εἶχε σκευαγωγόν: Ælianus de animaliqus lib. 5. c. 39. hoc eſt, Anno Leonis opera ad ea quæ vellet vehenda uſus eſt. Idem Variorum lib. 14. cap. 30. quo pacto Anno Carthaginenſis pro Deo venditare ſe voluerit, (quàm plurimis avibus domi inſtitutis, ut nihil aliud ſonarent, quam Anno eſt Deus, & poſtea dimiſſis: ſed fruſtra cum illæ libertate recepta ad naturalem cantum redirent,) tradit. Primus hominum Leonem manu tractare auſus, & oſtendere manſuefactum, Hanno è clariſſimis Pœnorum traditur: damnatuſque

tuſque illo argumento, quoniam nihil non perſuaſurus vir tam artificis ingenii videbatur: & male credi libertas ei, cui in tantum ceſſiſſet etiam feritas, Plinius libro 8. cap. 16.

Ad libellum præſentem veniamus: cujus conditorem eſſe Hannonem Carthaginenſem, ut titulus præ ſe fert, veriſimile eſt: nam & à Plinio lib. 5. cap. 31. ex hoc commentariolo, ita ut hic leguntur, recitantur quædam: nempe de Gorgonum (ſeu Gorillarum) inſulis. Libri vero quinti cap. 1. fuere (inquit) & Hannonis Carthaginenſium ducis commentarii, Punicis rebus florentiſſimis explorare ambitum Africæ juſſi, quem ſecuti plerique è Græcis noſtriſque, ad alia quædam fabuloſa & urbes multas ab eo conditas ibi prodidere: quarum nec memoria ulla, nec veſtigium extat. Sic Plinius. Atqui ipſe etiam Hanno in hoc libello, urbes aliquot conditas à ſe memorat, interque alias Caricum murum, cujus etiam Ephorus mentionem fecit: & Meliſſam: Hecatæo quoque proditam, teſte Stephano.

Βασιλέως] regis. Plinius eum ducem Carthaginenſium dixit, alibi imperatorem.

Περίπλους] Circumnavigatio vix dicitur Latine. Quam obrem circumloquor, Navigatio qua luſtravit oram Libyæ, vel, deſcriptio aut luſtratio oræ Libycæ. Arrianus Periplum Maris rubri edidit. Saturni quidem illud templnm, in quo deſcriptio hæc dedicata fuit, (tabula nimirum affixa, tanquam illius beneficio felix ſuſcepta navigationis eventus deberetur,) Carthagine fuiſſe puto.

Λιβυφοινίκων] invenio in Tabulis Geographicis circa Carthaginem: quam Phœnices condidiſſe hiſtoriæ prodũnt. Sic & Libyægyptii à Plinio dicuntur.

Γεντ-

Πεντηκοντόρους] ſubaudi ναῦς. Phocæenſes (inquit Herodotus) Græcorum primi longinquis navigationibus uſi ſunt. Navigabant autem οὐ στρογγύλῃσι νηυσὶν, ἀλλὰ πεντηκοντόροισιν: hoc eſt, non onerariis navibus, ſed actuaris, quæ quinquaginta remis (utrinque ſcilicet viginti quinque) agerentur, ut Bayfeus tranſtulit. Conjicimus autem facile, quoniam naves ſexaginta fuerunt, & qui iis vehebantur hominum numerus triginta millia, ſingulas naves ad homines quingentos una cum annona & reliquo apparatu, continuiſſe.

Θυμιατήριον] Stephano Θυμιατηρία urbs eſt Libyæ, ſine authore.

Πρὸς ἑσπέραν] ad occaſum. Atqui mihi videtur ambientibus Africam omnis poſt Columnas navigatio converti vel ad meridiem, vel ad orientem: & poſtremo ad Aquilonem: nuſquam vero ad occaſum: niſi aliquouſque tantum vitandi oram & promontoria cauſa. Ἀνάγεσθαι quidem, non modo ſolvere, ſed etiam in altum evehi interpretantur.

Σολόεντα] Soluntis Libyæ promontorii mentionem apud alios ſcriptores nondum inveni. Ejuſdem nominis eſt urbs Ciliciæ.

Ἀκρωτήριον] promontorium, hinc forte tribus prioribus ſyllabis ablatis ῥίον dicitur de vertice montis eminente, κορυφὴ ὄρους ὑπερφαινομένη, Euſtathio. Privatim tamen promontorium quoddam Ætoliæ vocabatur Rhion. Id vocabulum hodieque promontorium puto Hiſpanis ſignificare.

Δάσιον δένδρεσι] opacum vel refertum arboribus. Infra ſimpliciter ὄρη δασέα dicit: ſed mox arborum mentionem ſubjungit. Plinius Atlantem opacum & nemoroſum dixit.

l Ἐπί-

Ἐπέβημεν) conſcenſis navibus navigavimus. Verbo ἐπιβῆναι contraria ſunt ἐκβῆναι & ἀποβῆναι, quibus infra utitur.

Παραλλάξαντες.] Quod Latini dicunt oram vel littora legere, prætervehi, præternavigare. Ut tuto prætervoherentur oram Italiæ, Livius. Æginæ præternavigatio eſt XX. M. P. Plinius. Cicero prætervectionem dixit. Hanno Græce dixit. Παραμείβειν τὰς ϛήλας, παραλλάττειν τὸν λιμένα, παραλέγεσθαι τὴν γῆν, παραμείβεσθαι.

Κατῳκήσαμεν πόλεις πρὸς τῇ θαλάττῃ.] Lego κατῳκίσαμεν per jota, à verbo κατοικίζω, quod & ſimpliciter οἰκίζω dicitur: quod condere, conſtituere, κτίζειν ſignificat Nam ſi κατῳκήσαμεν legas, ut codex impreſſus habet, à præſenti κατοικέω, quod eſt inhabito: & interpreteris, inhabitavimus civitates maritimas (hoc eſt habitatores eis immiſimus: fruſtra dixerit Hanno ſuperius ἐκτίσαμεν πρώτην πόλιν: nam ſi urbs aliqua prima ab eis condita dicatur: alias etiam poſteriores condi oportuit. Et Plinius: Urbes multas (inquit) ab eo conditas prodidere. Conſule Ammonium de differentiis vocum in κατοίκησις.

Καρικὸν τεῖχος] urbs eſt Libyæ ad ſiniſtram Columnarum Herculis, ut Ephorus ſcribit. Veriſimile autem eſt ad hunc locum Cares perveniſſe: qui etiam Carico in Memphide nomen dederunt.

De Gytte, Acra & Aramby jam nihil invenio.

Meliſſa urbs eſt Libyæ, cujus Hecatæus meminit, Stephanus.

De Lixo urbe Claudii Cæſaris colonia, & ejuſdem nominis amne, multa leges apud Plinium lib. 5. cap. 1.

Βοσκήματα.] Ut apud Latinos pecus pro quo-
vis

vis præter hominem animali ſæpe uſurpatur: aliquando ad manſueta contrahitur, & diſtinguitur in majus; ut ſunt boves, aſini, equi: & minus, ut ovis, capra, ſus, apud Varronem, ſecundum poſtremam acceptionem pro ove per excellentiam ponitur (ſic apud Græcos βοσκήματα, θρέμματα, βοτὰ, & poëtice μῆλα: præcipue tamen ad oves & capras contrahuntur. Arrianus θρέμματα νομαδικὰ dixit.

Ἀλλοιόμορφους] peregrinæ & nobis inuiſitatæ formæ homines. Plinius his in locis collocat Ægipanas ſemiferos, & Blemmyas, & Gamphaſantas, & Satyros, & Himantopodas. Et libro 6. cap. 30. multiformes aliquot & miras hominum in Æthiopiæ extremis effigies memorat.

Ἡμέρας δρόμον] verti poteſt unius diei curſu vel itinere. Nam iter etiam de mari dicitur: & ſimiliter curſus. Provehimur pelago, vicina Ceraunia juxta: Unde iter Italiam, curſuſque breviſſimus undis, Virgil. 3. Æn. Æquorei curſus, Valerius in Argon. Bannomanna inſula abeſt à Scythia diei curſu, Plinius. Ut rurſus: Seboſus à Gorgonum inſulis dierum XI. ad Heſperides curſum prodidit. Superius pro δρόμον dixerat πλοῦν ἡμέρας, Plinius navigationem diei. Arrianus in Maris Rubri luſtratione ſubinde ſimpliciter δρόμον dicit, pro itinere diei (niſi addat νυχθήμερον) tum in mari, tum in terra. Alicubi enim δρόμον ἠπείρου nominat, alioqui ſpacium vel terminum ejus ſpacii, quod uno die in terra confici ſolet, σταθμὸν Græci, Latini manſionem vocitant. Poteſt autem id in terra fere certius eſſe, quam in mari, ubi propter ventos & alias cauſas inæqualia admodum itinera redduntur. Ex Arriani Indicis colligo δρόμον communem, & mediocrem unius diei navigationem, pro ſtadiis

SISMANOGLIO

diis quadringentis fere accipi poſſe. Alias enim trecenta tantum aut etiam ducenta ſtadia iter diei facit, alias quingenta, ut plurimum fere ſexcenta: alioquando octingenta. Longior quidem fit quæ antelucano, vel mox à media nocte inchoarit: ita ut aliquando ad ſtadia mille ſexcenta extendatur.

Ἑρμηνέας] interpretes. Inde conjicimus per totam Africæ oram juxta Mediterraneum mare, uſque ad Columnas Herculis, & ultra ad Lixum uſque unam eſſe linguam. Deinceps vero aliam quandam linguam uſurpari: & rurſus aliam Æthiopibus illis, qui à Cerne navigantibus meridiem verſus longiſſimo oræ tractu (duodecim fere dierum itinere) habitant: quorum linguam ne Lixitæ quidem interpretes intelligebant.

Κατῳκήσαμεν Κέρνην] rurſus lego κατῳκίσαμεν per jota, ut ſupra: propter eandem cauſam, & quia etiam ex nomine impoſito, inſulam illam, hoc eſt civitatem in ea, condidiſſe videntur. De Cerne plura leges apud Plinium lib. 6. cap. 31. & inter alia, quod maxime huc facit: Nepotem Cornelium prodidiſſe, Cernen ex adverſo maxime Carthaginis ſitam eſſe, à continente paſſus mille, non ampliorem circuitu duobus millibus. Alii certe aliam inſulam Cernem nominant. Quæ in noſtris Geographicis tabulis pingitur Cerne, non Hannonis aut Cornelii Nepotis Cerne videtur: multo minus ea, quæ contra ſinum Perſicum adverſa Æthiopiæ ab aliquibus, deſcribitur: ſed Polybii Cerne, in extrema Mauritania contra montem Atlantem, à terra diſtans ſtadiis octo. In noſtris tabulis Carthagini in ora adverſa opponitur, quod vocant Caput formoſum: cui vicina eſt parva quædam inſula. Sed hic locus Carthagini oppoſitus à Columnis, in noſtris tabulis,

bulis, bis tantum diſtat, quantum Columnæ à Carthagine: quamobrem non tam procul progreſſus videtur Hanno: quod ex ſequentibus etiam fluminibus conjicimus: etſi inſula hæc prope receſſum cujuſdam ſinus ſit, ut de ſua ſcribit Hanno. Mihi Cerne in noſtris tabulis altius poſita videtur, ut Modera recentiorum videri queat: quam ut poſſit eſſe Hannonis Cerne, quæ à Lixo fl. tridui navigatione diſtat. Quærendum an ea potius ſit, quæ à nonnullis Erythia putatur, è regione Uſadii promontorii.

Ἐώκει γὰρ ὁ πλοῦς.] Similis erat navigatio, pro æqualis.

Τοὐντεῦθεν εἰς λίμνην ἀφικόμεθα, διά τινος ποταμοῦ μεγάλου διαπλεύσαντες, Χρέτης. Locus hic obſcurior eſt. Fluvium forte Chreten nominat: quo (inquit) trajecto (διαπλεῖν proprie trajicere eſt) vel potius, ſuperato, (ut διαπλεῖν accipiatur pro ἀναπλεῖν,) id eſt navigatione adverſo fluvio ad ſuperiores ejus partes facta, in lacum maximum incidimus: & inde rurſus in alium pervenimus fluvium. Oportebit igitur ex uno lacu duos fluvios effluere: quod uſquam fieri veriſimile mihi non fit. Χρέτης etiam nomen nuſquam reperio. In tabulis Geographorum pingitur his in locis fluvius Stachiris è lacu prodiens: & paulo infra illum Nia fluvius: horum alteruter fuerit Bambotum Plinii, crocodilis & Hippopotamis refertum flumen: quod hic etiam Hanno tradit. Nam Darat amnis, qui & ipſe crocodilos gignere à Plinio traditur, aliquanto ſuperior eſt.

Μέγιστα ὄρη ὑπερέτεινε, μεςὰ ἀνθρώπων ἀγρίων,) pro μεςὰ legi poteſt μεστὰ, id eſt, pleni.

Ἀπήραξαν] verbum eſt rarum, à præſenti ἀπαράσσω, cum vi, impetu & fragore deturbo; depello.

Ἐπὶ μεσημβρίας] ſcite multitudinis numero ponit: (quanquam ſuperius πρὸς μεσημβρίαν dixit:) ſic Plato in Epinomide δυσμὰς & ἀνατολάς.

Δώδεκα ἡμέρας τὴν γῆν παραλεγόμενοι] In noſtris tabulis non tantum ſpacii videtur his littoribus tribui.

Περιπλεύσαντες δὲ ταῦτα] Scrutandi illius orbis gratia circumvectus. Plinius lib. 5 cap. 1. de Polybio. Καὶ ὅστις κόλπος ἐσέχει ἐκπεριπλῶσαι τοῦτον, Arrianus in Indicis.

Ὄρεσι μεγάλοις δασέσι] Atlantem majorem hunc eſſe conjicio: & arbores de quibus loquitur, cedros, quarum materiam Romani expetebant menſis. Inter hunc montem & Heſperion ceras quinque dierum navigatio eſt. Nam & Plinius ſic: Traditur & alia inſula contra montem Atlantem, & ipſa Atlantis appellata. Ab ea quinque dierum navigatione ſolitudines ad promontorium quod vocavimus Heſperion ceras.

Χάσματα θαλάττης] maris opinor hiatum immenſum vocat, ſpacium ipſum maris, ſuperatis illi montibus, longe lateque vaſtum apparens.

Ἀποστάσεις] διαστήματα accipio, interſtitia.

Ἑσπέρου κέρας] Plinius lib. 5. cap. 1. promontorii Heſperii meminit his in locis. Et κέρας quidem, id eſt, cornu, proprie videtur promontorium ſignificare. Accipi tamen ſynecdochice poteſt pro toto ſinu cujus pars eſt: ſicut infra etiam Auſtri cornu: A promontorio, quod vocavimus Heſperion ceras (inquit Plinius 6. 31.) circumagit ſe terrarum frons in occaſum (ab ortu ſcilicet progreſſu facto) ac mare Atlanticum. Ibidem etiam Æthiopes Hiſperios collocant. Hunc ſinum rubrum puto à recentioribus vocari. Plura lege infra de Notu cornu &c.

Λίμνη θαλασσώδης] lacus ſalſus, aut magnus fortè & ſpecie maris.

Πυρά τε πολλὰ καιόμενα] Rarum eſt nomen πυρὸν, τό. Quod tamen in Lexico vulgari quidam interpretatur rogum, æſtum, nec citat authorem.

Καὶ φωνὴν αὐλῶν ἠκούομεν] Plinius hæc & hujuſmodi de Atlante monte ſcribit, lib. 5. cap. 1. noctibus micare crebris ignibus. Ægipanum, Satyrorumque laſcivia, impleri tibiarum ac fiſtulæ cantu, tympanorumque & cymbalorum ſonitu ſtrepere.

Thymiamatum regionis hoc in loco mentionem apud alios non reperi.

Ἠλίβατος poëtis excelſum ſignificat, & proprie de montibus ac rupibus inacceſſis, per ſyncopen pro ἠλιτόβατος (ſicut & ἠλιτόμηνος vel ἀλιτόμηνος dicitur fœtus &c.) ἀπὸ τοῦ ἀλιτεῖν, ὅ ἐστιν ἀποτυχεῖν τῆς βάσεως. Minus probantur qui aſpirant tanquam vocabulo à ſole compoſito, ἀπὸ τοῦ εἰς τὰ ὑψηλὰ παρὰ τὸν ἥλιον βαίνειν.

Θεῶν ὄχημα] .i. Deorum vehiculum. Apparet nomen hoc factum huic monti propter altitudinem. Quoniam ignis ab ejus vertice emicans noctu, ipſa ſydera attingere videbatur. Lege Plinium lib. 2. cap. 106. & lib. 5. cap. 1. Idem lib. 6. ad finem capitis 30. A media (inquit) Æthiopiæ parte imminens mari mons excelſus, æternis ardet ignibus, Theon ochema dictus Græcis: à quo navigatio quatridui, ad promontorium quod Heſperion ceras vocatur, confine Africæ juxta Æthiopes Heſperios. Quidam & in eo tractu modicos colles amœna opacitate veſtitos Ægipanum Satyrorumque produnt. Hic

Hic autem pars ejus eſſe videtur, qui Deuchis mons appellatur in noſtris tabulis, nomine etiam vicino quaſi Theuochis: à quo non multum diſtat qui Jovis mons dicitur.

Νότου κέρας] Lege ſupra ubi de Heſperio cornu diximus. Conjecerim equidem Cornu hoc Auſtri, cujus apud alios mentionem non invenio, eſſe quod hodie Caput formoſum appellatur, Carthagini fere è directo oppoſitum. Illic enim angulus & ſinus ingens eſt, Africæ in Auſtrum ſe protendentis: & iis qui non procul litoribus diſcedunt, ſive per terram ſive per mare iter, ſubito illic in Auſtrum recta convertitur: ut à principio converſionis ad Auſtrum ab occaſu navigantibus ita dictum ſit. Heſperium vero cornu, contra: quod ab ortu vel navigantibus vel continentem & littora ſequentibus, extrema hæc terrarum ad Occidentem pars ſit. Hic etiam Gorgonum inſulas à veteribus collocatas veriſimile eſt: & erraſſe Plinium, cum ſcribit: Contra hoc promontorium, quod Heſperion ceras vocavimus, Gorgades inſulæ narrantur, Gorgonum quondam domus, bidui navigatione diſtantes à Continente, ut tradit Xenophon Lampſacenus. Penetravit in eas Hanno Pœnorum imperator, prodiditque hirta fœminarum corpora, viros pernicitate evaſiſſe: duarumque Gorgonum cutes argumenti & miraculi gratia in Junonis templo poſuit, ſpectatas uſque ad Carthaginem captam. Ultra has etiamnum duæ Heſperides inſulæ narrantur. Adeoque omnia circa hæc incerta ſunt, ut Statius Seboſus à Gorgonum inſulis prænavigatione (forte præternavigatione) Atlantis dierum XL. ad Heſperidum inſulas curſum prodiderit: ab iis ad Heſperion ceras, unius. Nec Mauritaniæ inſularum certior fama

fama eſt. Sic ille. Apparet autem eum vel ex eo quod Hannonem citat, & quædam ejus verba interpretatur, (is Gorgones Gorillas vocat,) inſulas earum ad Heſperionceras, non recte retuliſſe: cum ad Notium referat Hanno. Sed aliquis ocioſior hæc diligentius conſiderabit. Circa hoc promontorium quod recentiores Formoſum cognominant, aliqui in Tabulis hominem monoculum pingunt, innuentes nimirum hic ſedem fuiſſe Gorgonum. Has enim aliqui cum Græis confundunt, quibus fabuloſa antiquitas, cum tres eſſent, oculum unicum omnibus communem attribuit. Aut forte alludentes ad gentem illam de qua Plinius libro 6. capite 30. Ad Occidentem (inquit) Æthiopiæ Nigrœ, (Νίγροι.) quorum rex unum oculum habet in fronte. Paulo ante autem ſic: Regio ſupra Sirbitum ubi deſinunt montes, traditur à quibuſdam, habere maritimos Æthiopas, Niſicaſtes, Niſitas: quod ſignificat ternûm & quaternûm oculorum viros: non quia ſic ſint, ſed quia ſagittis præcipua contemplatione utantur. Gorgones equidem à terrore dictas putarim, (gor. n. Hebræis, quorum lingua affinis eſt Æthiopicæ, timere ſignificat:) ſive quod ipſæ timidæ eſſent, & mox viſis hominibus diffugerunt: ſive aliis aſpectu terribiles, utpote hirtæ. Hinc & terribilem viſu, halitusque peſtilentes, apud Heſperios Æthiopas, feram Gorgonem appellarunt, quam alii Catoblepam.

Κρημνοβάται] eoſdem ἠλιβάτας dixeris.

Τοῖς μετρίοις] repono πέτροις, ſicut & ſupra legitur.

ANIMADVERSIONES
AD
HANNONIS PERIPLUM,
Ex parte altera Geographiæ Sacræ, libro I, cap. XXXVII.

Ultra columnas Herculeas in occidentali Africa urbes aliquot ad Ocanum condidiſſe Phœnices, ſcimus ex periplo Hannonis. Quem vir ſummus Gerardus Voſſius putat illum ipſum eſſe Hannonem, quem Carthaginenſes adverſus Agathoclem miſere, ut Trogus narrat lib. 22. Quia Carthaginenſium ducem vocat Plinius, & dicit vixiſſe florentiſſimis Carthaginenſium rebus. At claruere illæ, inquit, quam maximè Agathoclis ac Hannonis ejus, qui adverſus Agathoclem mittebatur, temporibus. Sed Iſaacus Voſſius magni patris magnus filius, merito contendit hunc Hannonem multo eſſe antiquiorem. Quia Scylax, qui floruit ſub Dario Notho, urbium meminit ab iſto Hannone conditarum. Vide annon ſit is Hanno qui pro Deo haberi voluit apud Ælianum variarum lib. 14. cap. 30. Tantos illi animos facere potuit navigatio feliciter ſuſcepta in loca remota & nondum cognita.

Utut ſe res habeat, is Carthaginenſis Senatus decreto juſſus navigare extra columnas, καὶ πόλεις Λιβυφοινίκων *& Libyphœnicum urbes condere*, inſtructa claſſe navium ſexaginta, triginta hominum millia eo deducta in varia loca diſperſit, ut urbes à ſe conditas habitarent. Et in patriam redux

redux Africæ periplum Punice ſcripſit, cujus Græcam verſionem Baſileæ edidit Sigiſmundus Gelenius A. 1533. Libet hic obiter obſervare quantum lucis huic opuſculo ex Punica lingua poſſit afferri.

Dicit Hanno ſe delatum extra columnas Herculis, poſt bidui navigationem primam urbem condidiſſe, & vocaſſe Θυμιατήριον. In Scylace Θυμιατηριάς, & in Stephano Θυμιατηρία, ſcribitur. Notum Græce Θυμιατήριον eſſe acerram vel thuribulum: Quo nomine cur Phœnices urbem appellaverint nemo facile dixerit. Sed quod à Græcis paſſim fieri jam alibi notavimus, Hannonis Græcus interpres barbaram vocem ita mollivit, ne læderet aures Atticas. Nempe verum urbis nomen erat דמאתר יה *Dumathiria*, quaſi πεδιάδα dixeris, id eſt campeſtrem urbem. Arabice ſaltem in Gigge io דמאתיר *dumathir* & דמתר *dumthor* eſt *terra plana*; unde petitum urbis nomen docent ipſa verba Hannonis: Ἐκτίσαμεν πρώτην πόλιν, ἥν τινα ὠνομάσαμεν Θυμιατήριον, πεδίον δ' αὐτῇ μέγα ὑπῆν *primam urbem condidimus, quam vocavimus Thymiaterium; illi quippe ſuberat magnus campus.* Δὲ pro γὰρ hoc loco ſumimus, ut paſſim apud Homerum; quia nulla apparet cauſa cur Hanno addiderit Thymiaterio magnum ſubeſſe campum, niſi ut ſciremus quorſum oppidum ita nominaverit.

Inter fretum Herculis & Thymiaterium oppidum, in Periplo Scylacis, cenſetur ארוני Adonis fluvius ποταμὸς Ἀδώνιδος (ita emendat doctiſſimus Salmaſius corruptam vocem Ἄνιδος.) Et poſt Adonim alius fluvius magnus Lixus nomine, & Phœnicum urbs Lixus, Eratoſtheni *Lizus*, quæ Ptolemæo Λίξα, Plinio *Liſſa*, & Λὶγξ Stephano; ex Artemidoro, ni fallor, qui Eraſtothenem

nem reprehendit quod Lizum pro Lynge dixerit apud Strabonem l. 17. Fluvius item à Stephano *Linx* & à Ptolemæo *Lix* appellatur. Nomen Phœnicium erat ליש *Laix* vel *Lix*. ש per x efferro, ut Hiſpani ſolent. ליש Ebræis eſt leo; Quod genus in Mauritania frequens. Vide Philoſtratum initio l. 5. & Strabonem l. 17. ubi Linga perperam cum Tinge vel Tingi confundit, unde Mauritania Tingitana.

Inde ventum ad Σολόεντα Libycum promontorium *λάσιον δένδρεσι arboribus opacum*, in quo Neptuni templum ædificarunt. Hinc in Heſychio: Σολοῦντις, ἄκρα τῆς Λιβύης. Et in Ptolemæo: Σολοεντία ἄκρα, & Σολοέντιοι populi, quamvis utrumque ad meridiem removeat juſto longius. Apud Plinium Agrippa corrupte Surrentiam appellat. Verum nomen erat Σολόεις Hebr. סלעים rupes.

Promontorium illud poſt iter ſemidiei excipit lacus ingens, unde diei navigatio ad quandam oram, in qua quinque urbes ſe condidiſſe refert Hanno, nempe Καρικὸν τεῖχος, καὶ Γύττην, καὶ Ἄκραν, καὶ Μέλιτταν, καὶ Ἀράμβυν. Fallor an Καρικὸν τεῖχος *murus Caricus* Pœnis erat קיר חרס *Kirchares*, murus Solis; cujus nominis urbem in Moabitis memorat Eſaïas cap. 16. veſ. 11. Quidni enim *Cares* ex חרס fecerit Græcus interpres, quomodo alii *Carrhas* ex חרן *Charan*, & *Malacam* ex מלחא *Malacha*, & *Tapſacum* ex תפסח *Tipſach*, Hebræa aſpiratione mutata in conſonam K. Aut ut ex hoc ipſo חרס factum eſt Perſicum כורש *cores* vel *Cyrus* pro Sole. Plutarchus in Artaxerxe ubi de Cyri nomine: ἀπὸ τοῦ ἡλίου γενέσθαι φασί: Κῦρον γὰρ καλεῖν Πέρσας τὸν ἥλιον.

Gytta nomen habet à pecu, ut Cretæ urbs Πολύρρην, quam ſic appellari ſcribit Stephanus, ἀπὸ

τοῦ πολλὰ

τοῦ πολλὰ ῥήνεα, τοῦτ' ἐστι πρόβατα ἔχειν. Nempe Syris גת *geth* eſt pecus, cujus plurale גתין *gitthin*. Sed veteres ſine aſpiratione ſcripſerunt. Inde Gath Philiſtæorum à Polybio, Joſepho & Stephano *Gitta* dicitur, & à Plinio *Getta*. Ejus nominis fuit etiam Samariæ vicus, è quo Simon apud Juſtinum, Epiphanium & Zonaram.

Acra eſt הקרא *Hakra*, id eſt arx, munitio: Quam vocem, Græcis fruſtra repugnantibus, Syri ſibi vendicant. Hinc in Jonathane קרוין חקרא *urbes Hakra*, id eſt munitionis, ſive munitæ Deut. 3. 5. & in Chaldæa paraphraſi lib. 2. Samuelis cap. 2. verſ. 7 חקרא רציון *Hakra de Sion* arx Sionis. Et cap. 7. verſ. 9. *habitavit David* בחקרא *in hacra*, id eſt in Arce. Græci *Arcan* dixerunt neglecta adſpiratione. Sic 1. Macchab. 1. 35. *Et ædificarunt civitatem David muro magno & firmo, & turribus firmis, & facta eſt illis* εἰς Ἄκραν *in Acran*. Tamen à civitate David Joſephus Acran ita diſtinguit, ut in illa τὴν ἄνω πόλιν, in hac τὴν κάτω πόλιν ſitam fuiſſe aſſerat.

Melitta vel מליטא *Melita* proprie ſignificat calicatam urbem, ſi verbo datur venia, id eſt in qua condenda multum calcis ſit adhibitum vel in ſtructuras, vel etiam in tectoria. Radix מלט *melet* reperitur Jerem. 43. 9. pro cæmento ex arena & calce.

Arambyn, quæ ſola ſupereſt, à ſitu puto vocaſſe Phœnices הר-ענבין *har-anbi*, montem uvarum, vel הר-ענבי *har-anbi*, montem racemiferum; *Vites* enim *uberiores ſunt in montibus*, ut ſcribit Servius in illud magni Poëtæ:

Bacchus amat colles.

Et vites fuiſſe in illis locis conſtat ex periplo Scylacis, qui de vicinis Æthiopibus ita habet: οἶνον δὲ ποιοῦσι πολὺν ἀπὸ ἀμπέλων *vinum autem ex vitibus*

tibus multum faciunt. Quibus conſona hæc Plinii lib. 5. cap. 1. *Ibi fama exiſtere certa veſtigia habitati quondam ſoli, vinearum palmetorumque reliquias.* Sed Strabone nihil expreſſius, qui in Mauritania refert ex aliorum fide, ὅτι ἄμπελος φύεται δυσὶν ἀνδράσι τὸ πάχος δυσπερίληπτος, βότρυν πηχυαῖον πῶς ἀποδιδοῦσα, *naſci vitem tam craſſi caudicis, ut eam duo homines vix amplectantur, racemos cubitales nonnunquam producentem.*

Poſt Arambyn ſequitur alius à priore Lixus, quem itidem palam eſt nomen habere à leonibus. Eum enim oriri ſcribit Hanno ex Æthiopum terra θηριώδη, id eſt feris frequenti, vel leonibus etiam: Nam Θὴρ pro leone paſſim occurrit. Heſychius: Θὴρ, Θηρίον, ὁ λέων ἀπὸ τοῦ θοῶς ὀρούειν. Item: Θηρὸς, λέοντος, item Θηρὶ, λέοντι. Nempe Iliad. ο. verſ. 586. Et in inſula Cerne, quæ à Lixo non multum abeſt, inter cæteras merces etiam δέρματα λεόντων *leonum pelles* à vicinis Æthiopibus comparaſſe Phœnices Scylax in Periplo ſcribit.

Quod à Lixo diximus parum abeſſe *Cernen* arguunt hæc Hannonis: *Interpretibus ab ipſis*, id eſt à Lixitis, *acceptis, deſertam oram ad meridiem biduo præternavigavimus, inde rurſus ad Solem orientem iter diei, ubi in intimo receſſu cujuſdam ſinus parvam inſulam invenimus*, κύκλον ἔχουσαν σταδίων πέντε, ἣν κατῳκήσαμεν Κέρνην ὀνομάσαντες *ambitu ſtadiorum quinque, in quam Coloniam deduximus, impoſito Cernes nomine.* Addit hanc inſulam κατ' εὐθὺ κεῖσθαι Καρχηδόνος *ex adverſo Carthaginis ſitam eſſe*, quia tantum abeſt à freto Herculis quantum Carthago. Pro σταδίων πέντε in ambitu Cornelius Nepos legerat σταδίων δέκα πέντε, vel per literas numerales ιε pro ε: Is enim Hannonem exſcribens, ut apparebit legenti locum, apud Plinium lib. 6. cap. 31. Cernes circuitum definit duobus millibus, id eſt quindecim ſtadiis. Idem à continente abeſſe ſcribit mille paſſus, & Polybius octo ſtadia, in extrema Mauritania contra montem Atlantem. Quo fere loco deſcribit Ptolemæus. Nec ab his multum diverſi Scylax & Dionyſius Periegetes. Quæ plus ſatis ſufficiunt iis refellendis, qui Cernen ponunt ad Orientem Africæ. Imprimis id abſurdum quod νησίδιον, cujus ambitus vel quinque ſtadiorum eſt, vel ad ſummum quindecim, volunt eſſe Menuthiadem, id eſt Madagaſcar vel S. Laurentii inſulam, quæ locum habet inter maximas. Cæterum ratio nominis non eſt obſcura. Cerne Phœnicibus erat חרנאה *Chernaa* poſtremum habitationis, id eſt ultima habitatio. Plene ſcriberetur אחרנאה *achernaa* ab Arabico אחר *acher* vel *achir*, quod reſpondet Ebræo אחרון *acharon.* Sed prima radicalis ſæpe excidit. Unde eſt quod *ultimum* Syre חרתא *charto* dicitur pro אחרתו *acharto*, & ex eadem radice *alius* חרנא & חורנא pro אחרנא. Nempe Phœnices ultra Cernem nullam deduxere coloniam, ut vel ex Hannone conſtat. Quin & nonnulli ultra Cernem non crediderunt mare poſſe navigari. Scylax: τῆς Κέρνης δὲ νήσου τὰ ἐπέκεινα οὐκ ἔτι ἐστὶ πλωτὰ διὰ βραχύτητα θαλάττης, καὶ πηλὸν, καὶ φῦκος. *Quæ vero ſunt ultra Cernen non ſunt amplius navigabilia propter brevitatem maris, & cœnum, & algam.* Inde eſt quod πυμάτην ultimam appellant. Dionyſius Periegetes:

---- πυμάτης παρὰ πείρατα Κέρνης.

Rufus Feſtus:

---- *Æthiopum populos alit ultima Cerne.*

Eodem

Eodem faciunt hæc Priſciani:

> ---- *Libyes ubi finit littore Cerne*
> *Oceanum.*

Ac ſi ad illam inſulam finis eſſet naturæ rerum, & nautarum meta ultima.

Nempe hic ſolebat eſſe terminus navigationis Phœnicum meridiem verſus, quamvis Hanno doceat ſe ulterius longe progreſſum. Ejus verba ſic habent. *Inde in lacum pervenimus,* διά τινος ποταμοῦ μεγάλου διαπλεύσαντες, Χρέτης (legendum puto; ὄνομα Χρεμέτης) *pernavigatio magno quodam flumine Chremete nomine.* Muto Χρέτης in Χρεμέτης, quia *Chretis* vel *Chretes* amnis plane eſt ignotus. At de Chremete Africæ fluvio ad Oceanum hæc Ariſtoteles Meteorologicôn lib 1. cap. 13. de maximis Libyæ fluviis agens: οἱ δὲ μέγιστοι τῶν ὀνομαζομένων ὅ τε Χρεμέτης καλούμενος, ὃς εἰς τὴν ἔξω ῥεῖ θάλατταν, καὶ τοῦ Νείλου τὸ ῥεῦμα τὸ πρῶτον *Celebrium autem maximi ſunt, & is quem vocant Chremetem, qui in mare exterius*, id eſt in Oceanum, *influit, & primus Nili fluxus* &c. Et eum ſequutus Baſilius in Hexaemeron Homilia 3. ὁ καλούμενος Χρεμέτης, καὶ πρός γε ἔτι ὁ Νεῖλος. Et Heſychius: Χρεμετὴς, ὄνομα ποταμοῦ; Et Suidas: Χρεμέτης ὄνομα ποταμοῦ. Et Nonnus Dionyſiac. lib. 13. verſ. 374.

> Οἵ τε ῥόον Χρεμέταο, καὶ οἱ παρὰ Κίνυφος
> ὕδωρ.
> *Ad ripam Chremetis qui ſunt & Cinyphis undam.*

Et lib. 31. verſ. 103.

> Αὐτὴ δὲ Χρεμέταο μετήϊεν ἑσπέριον ὕδωρ.
> Ἤρῃ μηκώωσα γέρων βαρὺς, ὁππόθι κάμνων
> Οὐρανίῃ στροφάλιγγι Λίβυς κυρτούμενος
> Ἄτλας.

Heſpe-

> *Heſperias Chremetis trajecit fluminis undas*
> *Magni ſancta Jovis conjux, ubi cœlifer Atlas*
> *Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.*

Fluvius Chremetis Punice dicebatur נהר כרמאת *naar cheremat*, id eſt fluvius vinearum; Nam Arabibus כרמאת *chermath*, idem quod Hebræis כרמים *cheramim*. Confirmatur id ex Scylace, qui eos ipſos Æthiopes qui prope Cernen degunt, nempe ad amnem quem diximus, vinum aſſerit è vineis plurimum conficere. Verba ſunt οἶνον δὲ ποιοῦσι πολὺν ἀπὸ ἀμπέλων.

E Chremete navigarunt εἰς ἕτερον ποταμὸν μέγαν καὶ πλατὺν, γέμοντα κροκοδείλων καὶ ἵππων ποταμίων *ad alium amnem magnum & latum, crocodilis & hippopotamis refertum.* Hujus amnis nomen ab Hannone omiſſum, ex Polybio ſupplet Plinius: *Flumen*, inquit, *Bambotum crocodilis & hippopotamis refertum.* Et Solinus Plinii ſimia: *Bambotum crocodilis & hippopotamis refertum.* Sed legendum *Bamothum*, nomine facto ex *Bamoth*. *Bamoth* ſeu בהמות *behemoth* eſſe hippopotamum Job 40. 40. iis argumentis probavi in libro de Animalibus, quæ viros undecunque doctos traxerunt in aſſenſum. Ergo fluvius Bamoth ſeu Behemoth eſt fluvius hippopotami. An intelligitur Gambræ fluvius, unus ex Nigri brachiis, in quo ſolo Caballinum piſcem, id eſt hippopotamum reperiri ſcribit Aloyſius Cadamuſtus cap. 44.

Quæ ſequuntur de navigatione ad Ἑσπέρου & Νότου κέρας, & montem igneum quem vocat θεῶν ὄχημα, & de crebris ignibus qui ſolum noctu micant, & inſulis tibiarum cantu tym-

N pano-

panorumque & cymbalorum ſonitu ſtrepentibus, conſulto prætereo, quia mere fabuloſa ſunt.

E R R A T A

Sic corrigenda.

Pag. 21. verſu antepen. pro *meminit* lege, *meminit.*

Pag. 41. verſu 5 à fine pro παρηγμένειν, lege παρηγμένων.

Pap. 29. in Animad. verſu nono à fine pro *ſupplentur*, lege *ſuppleantur*.

F I N I S.

SISMANOGLIO

SISMANOGLIO

SISMANOGLIO MEGARO